

*M. 2.*

SELECTA  
LATINI SERMONIS  
**EXEMPLARIA**  
E Scriptoribus probatissimis  
EXCERPTA  
A. P. CHOMPRE' I. U. LIC.

IN USUM STUDIOSAE JUVENTUTIS  
DITIONUM AUSTRIACARUM  
RECUSA.

VOLUMEN I.

*Venale est 14 $\frac{1}{2}$  cruciferis.*



VINDOBONÆ,  
TYP. JOAN. THOM. NOS. DE TRATTNERN,  
TYPOGR. ET BIBLIOP. AULIC.

1790.

6.T.15.

Non Auctores modo , sed etiam  
partes operis elegeris.

Quintil. L. I. Cap. 5.



EX  
SULPICII. SEVERI  
HISTORIA SACRA  
EXCERPTA.

---

PERIODUS I.

*A condito Mundo ad Diluvii finem usque,  
complectens annos 1656.*

*Anni* **M**undus a Domino constitutus est.  
*Mundi* Mundo autem condito, homo factus est.  
Viro Adamus, mulieri Eva nomen fuit.  
Sed constituti in Paradiso, cum interdictam  
sibi arborem degustassent, in nostram, ve-  
lut exsules, terram ejeci sunt.  
129 Deinde ex his Cainus atque Abel na-  
scuntur.

*Anni* Cainus impius, fratrem interemit.  
*Mundi* Adamus, post necem filii minoris, Se-  
 thum filium procreavit.  
 Sethus vero Enosem, Enos Cainanem,  
 Cainan Malaleelēm; Malaleel Jaredem,  
 Jared Enochum genuit, qui ob justitiam  
 translatus a Deo traditur.  
 Hujus filius Mathusala dicitur est, qui La-  
 mechum genuit: ex quo Noemus natus,  
 justitia egregius, & præ cæteris mortali-  
 bus Domino carus acceptusque.  
 Qua tempestate ostensus Deus malitia ho-  
 minum, quæ ultra modum processerat, de-  
 lere penitus humanum genus decreverat.  
 Sed Noemum, virum justum, vita inno-  
 cens destinatæ exemit sententia.  
1536 Idem admonitus a Domino, diluvium ter-  
 ris imminere, arcam immensæ magnitu-  
 dinis ex lignis contexuit: ac bitumine il-  
 litam, impenetrabilem aquis reddidit, qua  
 ille, cum uxore ac filiis tribus, & toti-  
 dem nuribus, est clausus.  
 Volucrum etiam paria, itidemque diversi  
 generis bestiarum, eodem claustro recepta.  
 Reliqua omnia diluvio absumta.  
 Igitur Noemus, cum jam imbrex destitisse,  
 ac quieto in solo arcam circumferri intel-  
 ligeret; ratus, id quod erat aquas dece-  
 dere; corvum primum explorandæ rei  
 gratia, enque non revertente (ut ego con-  
 nicio, cadaveribus detento) emisit colum-  
 bam, quæ, cum consistendi locum non re-  
 perisset, reversa est.  
 Rursum remissa, folium olivæ retulit: ma-  
 nifestura indicium, nudari cacumina arborum.  
 Ter-

*Anni Mundi* Tertio demum emissus, non rediit: unde animadversum, aquam destitisse.

1656 Ita Noemus arca egressus est; ac primum aram Domino statuit, hostiasque ex volucribus immolavit.

Mox a Domino cum filiis benedicitur, præceptumque accepit, ne sanguine vesceretur, aut sanguinem hominis effunderet: quia mundi primordia, mandati istius liber Cainus, maculaverat.

## P E R I O D U S II.

*Ab anno, qui diluvium proxime secutus est, ad Abrahami quirtum & septuagesimum, quo in terram Chanaan commigrare iussus est, complectens annos 365.*

*Ante Cbrift.* **T**res filios Noemus habuit, Semum, Chamum, Japhetum.

Sed Chamus, quod sopitum vino patrem riserat, maledictum a patre meruit.

Hujus filius, Chus nomine. Nembrodum gigantem genuit, a quo Babylon civitas constructa traditur.

Pleraque etiam oppida ea tempestate condita memorantur.

Sed cum multiplicaretur humanum genus, mortales una tantum omnes lingua utebantur.

His, more humani ingenii, consilium fuit insigni aliquo opere famam querere, priusquam a se invicem diducerentur.

SULFICII SEVBRI

4

*Ante  
Chris.* Ita turrim facere aggressi , quæ coelo accederet ; nutu Dei , ut officia operantium præpedirentur , inassueto sermonis genere loquebantur .

Quo promtius dispersi sunt , cum alter alterum , velut alienigenam , facile relinquebat . Sed filii Noemi ita divisus orbis fuit , ut Semus intra Orientem , Japhetus Occidentem , Chamus mediis contineretur .

1996

Abramus patre Thara natus est .

Abrami uxor Sara dicta est , primaque eis in regione Chaldæorum habitatio fuit . Inde apud Charras , una cum patre , diversatus est .

P E R I O D U S III.

*Ab anno sexto & Septuagimo Abrahami ad eum usque annum , qui in Israelitarum ex Ægypto exitum desit , complectens annos 430.*

1921

Qua tempestate , admonitus a Domino , domum , patriam ac patrem relinquens , assūto Lothro fratri filio , in terram Thananorū profectus , in loco , cui Sichem nomen est , consedit .

1920

Mox annonæ inopia Ægyptum concessit ; ac rursus reverlus , Lothus , p̄æ multitudine familiæ a patruo digressus , ut lachoribus vacue tum regionis spatiis ute- rentur , in Sodomis consedit .

Reges vicinarum gentium in armis erant cum antea nullum inter mortales certamen fuisset .

Sed

*Ante Christ.* Sed aduersum hos, qui bello vicina ten-  
tabant, Reges Sodomorum, Gomorrhœo-  
rum, vicinarumque regionum in prælium  
erumpunt; primoque impetu fusi, victo-  
riam concessere.

**18912** Tum a viatoribus Sodoma direpta, præ-  
dæ hostibus fuit; ductusque Lothus in  
captitatem.

Quod cum Abramus comperisset, prope-  
re armatis servis suis, numero trecentis de-  
cem & octo, Reges, viatoria feroce exu-  
tos præda armisque, in fugam compulit.

Tum a Melchisedecho sacerdote benedictus  
est, eidemque decimas præda dedit.

Reliqua his, quibus erepta erant, reddi-  
dit.

Per idem tempus Abramo Dominus locu-  
tus est, multiplicandumque semen ejus, sic-  
ut arenas maris, stellasque cæli, spopon-  
dit: peregrinumque ejus semen prædictum  
futurum, ac posteros in hostili solo, per  
quadringtonos annos, laturos servitium:  
postea libertati restituendos.

Tum ei, adjectione unius litteræ, nomen  
immutatum.

**1897** Ita nunc ex Abramo Abrahamus dicitur.  
Eodem tempore Abrahamo lex circumci-  
sionis imposta est: erat ei autem ex ar-  
cilla filius Ismael.

Et cum ipse esset annorum centum, uxor  
autem ejus nonaginta; futurum eis filium  
Isaacum Dominus pollicetur, qui cum duo-  
bus Angelis ad eum venerat.

Inde Sodomam missi Angeli, Lothum in  
porta sedentem repererunt.

*Ante Chrīſt.* Quos cum ille, homines existimans, hospitio receptos cœnatosque domi haberet; juventus improba ex oppido (conviciis) novos hospites (aceſſivit.)

Tum Lothus ab hotpītibus edoctus, perdendum oppidum, propere cum uxore & ſiliabus eſt egressus.

Interdictum tamen eis eſt, ne retrorsum conſpicerent.

Sed mulier parum dicto audiens (humano malo, quo aegrius vetitis abſtinetur) flexit oculos, ſiatimque in (ſalis) molem converfa traditur.

Ac Sodoma divinis ignibus conflagravit.

Lohi autem filie, existimantes humanum genus interiſſe, inebriatum patrem (ſefelierunt:) unde Moab & Ammon nati ſunt.

1895 Per idem temp̄is fere, cum Abrahamus eſſet etiam centum annorum, Iſaacus filius natus eſt: tum ancillam, de qua Abrahamus filium ſuſceperat, Sara expulit; quæ habitasse in deferto, una cum filio, & præſidio Domini defenſa dicitur.

1891 1871 Non multum post, Dominus Abrahāmi fidem tentans, imanolandū ſibi a patre filium Iſaacum poſcit.

Quem ille non cunctatus offerre, cum aræ puerum ſuperpoſuifset, gladiumque educeret, vox niſſa de coelo eſt, puer ut parceret: viſtimæ aries praefto fuit.

Consummatoque sacrificio, Abrahamo Dominus locutus eſt, promittens ea, quæ jam ſpoſonderat.

*Ante  
Christ.  
1856*

At Sara, cum septimum & vicesimum supra centesimum annum ageret, decepsit: **corpus** cura viri sepultum in Hebrone, **Chananæorum** oppido.

Etenim illic Abrahamus commorabatur. Tum Abrahamus, Isaacum filium juvenilis ætatis videns, siquidem tum quadragesimum annum agebat, servo suo impetravit, uxorem ei quæreret: ex ea tamen Tribu atque terra, de qua ipse oriundus videbatur: modo ut inventam puellam in regionem Chananæorum deduceret, nec ipsa putaret eum, causa conjugis, in folum patrium redditurum.

Ita servus protector in Mesopotamiam, ad oppidum Nachoris, Abrahami fratri, devinit; successitque in domum Bathuelis Syri, Nachore patre geniti.

*1856*

Hujus filiam Rebeccam, speciosam virginem, conspicatus poposcit, atque ad dominum adduxit.

*1823*

Abrahamus diem functus est, impletis annis centum & quinque & septuaginta, corpus sepulchro Saræ uxoris appositum.

At Rebecca diu sterilis, assiduis mariti ad Dominum precibus, a die matrimonii, vicesimo fere anno, geminos edidit; qui in matris alvo exultasse sæpius traduntur: dictumque responso Domini est, duos in his populos prænuntiari, & majorem minoris subdendum esse imperio.

Sed prius editus, asper setis, Esauus vocatus, minori Jacobus nomen fuit.

Ea tempestate gravis ammonæ inopia terras incesserat.

*Ante  
Christ.  
1804.* Qua necessitate Isaacus in Gerara ad regem Abimelechum cessit, admonitus a Domino, ne in Ægyptum descenderet; eidemque universæ illius terraæ possessio primititur ibique benedicitur.

*1759* Multiplicatus pecore atque omni substantia, agente invidia, ab incolis pellitur; pulsus, apud Puteum juramenti consedit. Igitur annis gravior, luminibus obducis, cum Esauum filium benedicere pararet, consilio Rebeccae matris, Jacobus se bencidendum pro fratre obtulit. Ita Jacobus, adorandus principibus & gentibus, fratri præponitur.

Quis rebus ita accensus, fratri necem moliebatur.

Quo metu Jacobus, hortante matre, in Mesopotamiam confugit: admonitus a parte, ut ex domo Labanis, fratris Rebecæ, uxorem acciperet.

Tanta illis cura fuit, cum in alienis terris consisterent, genus tamen intra familiam suam ducere.

Ita Jacobus profectus in Mesopotamiam, per soporem Dominum vidisse fertur; atque ob id locum somni sacratum habens, lapidem ex eo sumit, vovitque, si rebus prosperis revertisset, titulum sibi domus Domini futurum; decimasque omnium, que acquisita sibi forent, Domino datum.

Inde se ad Labanum, fratrem matris, contulit; quem ille sororis filium agnitus in hospitium benigne recepit.

Erant Labani duas filias, Lia & Rachel.

Sed

*Ante  
Christ.* Sed Lia oculis deformior, Rachel pulchra fuisse memoratur.

Cujus specie Jacobus captus, eam sibi in matrimonium a patre postulans, septem annorum servitio se mancipavit.

Sed impleto tempore, Lia ei supponitur; ac rursum septenni servitio subditur, atque ei Rachel traditur.

Sed, hanc diu sterilem, Liam fœcundam fuisse, accepimus.

Filiorum, quos ex Lia Jacobus habuit, haec sunt nomina, Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon, & Dina (filia.) Ex ancilla vero Liæ, Gad & Aser.

Ex ancilla Rachaelis, Dan & Nephtalim nati sunt.

1745 At Rachel, desperato jam partu, Josephum edidit.

1739 Tum Jacobus redire ad patrem cupiens; cum ei Laban sacer partem pecorum, mercudem servitii, dedisset, ob quæ parum sibi eum æquum gener Jacobus ratus, dolum ab eo suspectans, clam profectus est vicesimo primo fere anno quam advenierat: Rachel, viro inscio, patris idola furto abstulit.

Qua injuria Laban generum persecutus, non repertis idolis, pace facta, regressus est; multum obtestatus generum, ne uxores filiabus suis superinduceret.

Inde digressus Jacobus, vidisse Angelos & castra Domini, legitur.

Sed cum præter regionem Edomeæ, quam Esau frater incolebat, iter destinaret;

*Ante  
Christ.* missis prius legatis & muneribus, suspe-  
ctum sibi fratrem exploravit.

Tum ille obviam fratri processit: nec ta-  
men Jacobus se ultra fratri credidit.

Sed pridie quam inter se fratres conveni-  
rent, Dominus, humana specie assumta,  
colluctatus cum Jacobo refertur.

Et cum adversus Dominum prævaluisset,  
tamen non esse mortalem, non ignoravit:  
benedici sibi ab eo flagitabat.

Tum a Deo illi immutatum nomen est, ut  
ex Jacobo ISRAEL diceretur.

Sed cum ille vicissim a Domino nomen Do-  
mini quæreret; non esse quærendum, quia  
admirabile esset, responsum est.

Ex colluctatione autem, latitudo femoris  
Jacobi obtorquit.

Igitur Israel declinans fratribus domum, pro-  
movit agmen in Salem Sichimorum oppi-  
dum; atque ibi loco, pretio accepto, ta-  
bernaculum statuit sibi.

1728 Huic oppido Hemor Chemoreus princeps  
prærerat.

Hujus filius Sichemus, Dinam filiam Jaco-  
bi, ex Lia genitam, (rapuit)

Quo comperto, Simeon & Levi, Dinæ  
fratres, omnes in oppido sexus virilis, do-  
lo peremorunt, ac impigre sororis ulti-  
sunt injuriam.

Oppidum a filiis Jacobi direptum, præda-  
que omnis est abducta.

Id factum ægre admodum tulisse Jacobus  
fertur.

Mox a Domino monitus Bethlehemum pe-  
tit, ibique altare Domino statuit.

In-

*Ante Christ.* Inde in parte turris Gaderis tabernaculum fixit.

Rachel ex partu obiit; puer Benjaminus vocatus est.

1729 Isaacus decessit annos natus centum & octoginta.

Post excessum patris, Jacobus in solo eo, in quo Isaacus vixerat, commorabatur.

Filii ejus aliquantum ab eo, pascui gratia, cum gregibus secesserant; Josephus tamen ac Benjaminus parvus, domi refederant.

Carus admodum Josephus patri, obque id invisus fratribus; simul, quia frequentibus ejus somniis, majorem eum omnibus futurum, portendi videbatur.

Igitur ad inspiciendos greges, revisendos que fratres a patre missus, opportunus injuria fuit.

Namque, viro fratre, consilium necis ejus ceperunt.

1718 Sed, obssidente Rubene, cui a tanto facinore abhorrebat animus, in lacum demissus est; mox, suadente Juda, deducti ad mitius consilium, negotiatoribus eum, qui tum Aegyptum petebant, vendiderunt; atque ab his Potifari, Praeposito Pharaonis, traditus est.

At Josephus cum benigne a curatore regio, qui eum pretio acceperat, haberetur, domumque ejus & familiam procuraret, decorus ipse insigni specie, uxoris domini oculos in se converterat.

1717 Appetitum sapius, nec acquiescentem sibi, falso scelere infamat; ac viro queritur, (vim) sibi fuisse intentatam.

*Ante  
Cbr. 3.* Ita Josephus in carcerem est conjectus. Erant in eadem custodia ministri regis duo, qui, cum somnia sua ad Josephum retulissent, futura ex somnio conjectans, unum eorum prenas capite luiturum, alium absolvendum pronunciavit.

Atque ita accidit.

Igitur post biennium somnium Regi objec-  
tum est.

Quod cum a prudentibus Aegyptiorum non posset absolviri, minister regis ille, carcere exentus, regem admonet, Josephum esse mirum somniorum interpretem.

1716 Ita Josephus solvitur, interpretatusque est regi somnium, septem annis proximis maxi-  
mam frugum ubertatem futuram, con-  
sequentibus inopiam.

Quo metu rex perculsus, videns divinum  
in Josepho spiritum, rei eum annonariæ præ-  
fecit, æquato secum imperio.

Tum Josephus, abundantibus per totam  
Aegyptum frumentis, magnam copiam con-  
gescit: multiplicatisque horreis, adversus  
futuram famem consuluerat.

Ea tempestate spes atque salus Aegypti in  
illo sita erat.

Per idem tempus vero duos ex Asenetha  
(conjuge) filios genuit, Manassem &  
Ephraimum.

Ipse autem, cum summam a rege potesta-  
tem accepit, erat annorum triginta.

Nam a fratribus, septemdecim annos na-  
tus, venumdatus est.

Interea rebus in Aegypto adversus famem  
bene compositis, orbem terræ gravis fru-  
menti inopia quatiebat.

Qua

*Ante  
Corift.* Quia necessitate compulsus Jacobus filios in Aegyptum misit, Benjamino tantum secum domi retento.

Igitur Josephum rerum potentem, penes quem annona arbitrium erat, fratres aduent & more regio adorant.

Quibus ille visis, callide agnitionem dissimulans, hostiliter eos venisse, & subdole loca explorare arguebat.

Angebatur autem, quod Benjaminum fratre non videbat.

Res ergo in id dducta, ut praesentiam ejus pollicerentur, nimirum, ut ex eo quareretur, an isti explorandi caufsa Aegyptum intrassent.

Ad promissi autem fidem, Simeon obses traditur: ipsis frumentum gratis datum.

1706 Rursum igitur revertentes, Benjaminum, ut convenerat, deduxerunt.

Tum se cognoscendum Josephus fratribus præbuit, non sine pudore male merentium. Ita eos, oneratos frumento, multisque donatis, domum remisit; præmonens, quinque adhuc annos famem futuram: cum patre atque omni progenie ac familia ad se commigrarent.

Jacobus in Aegyptum descendit, Aegyptiis admodum lætartibus, gaudente rege, benigne a filio suscepitus.

Igitur Jacobus, septimo & decimo anno, quam in Aegyptum advenerat, urgente morbo. Josephum filium obtestatur, corpus sepulchro suo redderet.

Tum Josephus patri benedicendos filios suos obtulit: quibus benedictis, cum tamen,

- Ante Christ.* men, benedictionis merito, majori minorem præposuisset, filios omnes benedictione lustravit.
- 1689 Decessit autem annos natus centum ac septem & quadraginta.  
Funus magnifice curatum; corpus in sepulchro majorum Josephus condidit.  
Fratres, post patris obitum, pro conscientia paventes, benigne habuit.
- 1655 Decessit autem Josephus ipse ætatis anno decimo & centesimo.  
Hebrei igitur, qui in Aegyptum devenerant, incredibile memoratu est, quam citato numero aucti sint, multiplicataque progenie Aegyptum repleverint.  
Sed defuncto rege, qui eos ob meritum Josephi benigne fovebat, succedentium regum imperio deprimebantur.  
Nam & opus durum ædificandarum civitatum eis impositum; & quia jam multitudo abundans metuebatur, ne quando libertatem armis vindicarent, parvulos, recens editos, aquis mergere, edicto regio, cogebantur.  
Nec dissimulare cruentum imperium licet.
- 1571 Qua tempestate filia Pharaonis infantem, in flumine repertum, nutrientem pro filio curavit: nomen puerο Moy'es dedit.
- 1531 Moyses hic, cum viriles annos ageret, conspicatus, Hebraum ab Aegyptio pulsari, permotus dolore, fratrem ab injuria vindicans, Aegyptium calce perculsum intererit. Mox, supplicium e facio metuens, in terram Madian protugit; & apud Jethronem fa-

*Ante Chrīst.* sacerdotem regionis illius, diversatus, filiam ejus Sephoram in matrimonium accepit, exque ea duos filios, Gersam & Eliezerum, sustulit.

Hoc tractu temporum Jobus fuit, legem naturae & agnitionem Dei & omnem iustitiam complexus, prædives opibus, atque eo illustrior, quod his neque integris corruptus, neque amissis depravatus est.

Nam cum, per diabolum exutus bonis, filiis etiam esset orbatus; ad extremum diris ulceribus affectus; non potuit vinci, ut præ doloris impatientia aliqua in parte peccaret.

Mercedem denique divini testimonii consecutus, sanitati redditus: omnia, quæ amiserat, in duplum recepit.

At Hebræi, multiplicato servitutis malo pressi, querelis in cælum conversi, spem auxilii a Deo exspectabant.

1492 Tum Moysi, pascenti oves, repente rubus ardere vitus est, flammis tamen, quod erat mirabilius, innoxius.

Qua novitate obstupefactus, rubo propius accessit, statimque ad eum istiusmodi tere verbis Deus locutus est: Dominum te esse Abrahami, Isaaci, & Jacobi: quorum progeniem, Aegyptiorum dominatione deprefsam, ereptam malis cupiat; iter ergo susciperet ad regem Aegypti, ducemque te populi, in libertatem restituendi, præstaret. Cunctantem potestate confirmat, virtutem ei signorum faciendorum impertiens.

Ita Moyses in Aegyptum profectus: signis prius apud suos editis, assumto fratre Aaron

*Ante  
Christ.*

rone, Regem adiit: missum se a Deo pro-  
dit, verbisque se Dei dicere, populum  
Hebraeum uti dimitteret.

At ille, negans se Dominum nosse, parere  
imperio abnuebat.

Cumque Moyses in testimonium mandato-  
rum Dei, ex virga draconem fecisset; mox  
aqua omnes in sanguinem convertisset; to-  
tamque terram ranis opplesset; facienti-  
bus similia Chaldaeis, magicas esse artes,  
quæcumque per Moysen fierent, potius  
quam Dei virtutem, (rex) pronuntiabant.  
Donec superductis ciniphibus terra ople-  
ta est, Chaldaeis fatentibus, maiestate di-  
vina ista fieri.

Tunc rex, malo coactus, advocato ad se  
Moysè & Aarone, dat populo discedendi  
potestatem, modo ut superductam cladem  
averterent.

Sed ubi clades exempta est, impotens sui  
animus in se reversus, exire, ut convenie-  
rat, Israëlitas non patiebatur.

Ad extremum decem plagis corporis &  
regni sui contusus & evictus est.

Sed pridie quam Aegypto populus est  
egressus, mandatis Domini instruitur, rudis  
ad hoc temporum; mensem illum, qui tunc  
erat, primum omnium mensum esse co-  
gnosceret.

Sacrificium autem diei illius in solemnita-  
tem consequentium seculorum ita esse ce-  
lebrandum, ut quarta decima die mensis  
agnus immaculatus, anniculus, victima  
caderetur; ejusdem sanguine postes illi-  
narentur.

Quar-

*Ante  
Chrīſt.*

Carnem penitus exedendam, os autem non conterendum.

Septem diebus fermento abstinerent, azymis uterentur, ritumque hunc posteris traderent.

1491 Ita populus egressus dives suis copiis, & Aegypti spoliis cumulatior, cujus numerus, ex quinque & septuaginta Hebræis, qui primum in Aegyptum descenderant, ad millia virorum sexcenta pervenerat.

Igitur propere egressus, columna nubis interdiu, noctu columna ignis præferebatur. Sed cum, ob interjectum sinum Rubri maris, præter terram Philistinorum via duceret; ne postea Hebræis, erenum aspernantibus, redeundi in Aegyptum continentibus terris & noto itinere facultas pandetur: nutu Dei aversi, in Rubrum mare illati sunt, castraque ibi cunctantes constituerunt.

Quod ubi regi nunciatum est, Hebræum populum viæ errore in objectum mare devenisse, nullum ei esse exitum, obsidente elemento; furens animi, quo angebatur, tot hominum millia regno suo & potestati decidere, exercitavit propere educit.

Jamque eminus arma signaque & protenta patentibus latæ campis acies visebantur; cum, Hebræis metu trepidis, & caelum aspectantibus, Moyſes a Deo monitus, percussum virga mare discidit.

Ita populo, cedentibus in latera aquis, velut in continenti, iter pervium fuit.

Nec cunctatus Rex Aegyptius cedentes insequi, mare, qua patebat, ingressus, mox

*Pars I.*

B

coē-

*Ante  
Christ.*

coēuntibus aquis, cum omni exercitu de-  
letus est.

Tunc Moyses incolumentate suorum, exi-  
tio hostium, virtuteque exultans, canti-  
cum Domino cecinit, idemque omnis tur-  
ba virilis ac muliebris sexus fecit.

## PERIODUS IV.

*Ab anno, qui Israëlitarum ex Aegypto exi-  
tum proxime secutus est, ad territum regni  
Salomonis ante templum conditum, com-  
pletens annos 519.*

**S**ed ingressos erenum, cum jam per tri-  
duum iter agerent, aquæ penuria urgebat,  
repertaque ob amaritudinem usui non erat.  
Ac tum primum impotentis populi contum-  
acia apparuit.

Jamque in Moysen ferebatur, cum edocitus  
a Deo, lignum aquis intulit, cuius hæc  
vis fuit, ut dulcem saporem fluentis red-  
deret.

Exin promotum agmen, apud Elim, duo-  
decim fontibus aquarum & leptuaginta ar-  
boribus palmarum repertis, confedit.

Rursum populus famem conquerens, Moy-  
sen increpabat, Aegypti servitium cum  
faturitate ventris desiderans.

Tum grex coturnicum, superne missus,  
castra opplevit.

Postero autem die animadvertunt, qui ex-  
tra castra processerant, parvis quibusdam  
aliquis oppletum solum, quarum species  
in

*Ante Christum* in modum coriandri seminis glaciali albeline erat, ut crebro hybernis mensibus, superductis pruinis, tegi terram videmus. Tum per Moysen populus admonetur, panem hunc eis munere missum Dei: unumquemque in id paratis vasculis tantum usurpare debere, quantum in diem unum pro numero singulis satis esset: sexto tamen die, quia sabbatho colligi non liceret, dum plurim præsumerent.

Verum populus, ut semper, parum dicto audiens, more humani ingenii, non refrænavit cupiditatem, ex reconditis in posterum quoque diem consulens.

Sed deposita foetore diro in vermes effervescebant, cum, die sexto in sabbathum reservata, integra permanerent.

Hoc Hebrei per quadraginta annos cibo fuit nisi: cuius sapor melli proximus, nomen *Manna* traditur.

Inde progressus populus, cum aquæ penuria teneretur, ægre ab exitio ducis temperabat.

Tum Moyses, mandante Domino, apud locum, cui Oreb nomen est, virga petram percutiens, largæ aquæ capiam fecit.

Sed ubi Raphidim perventum. Amalecites populum incursionibus vastabant.

Moyses, suis in prælium eductis, cum Iesum bellantibus præfecisset, assumto Aarone & Ure, spectator pugnae futurus, simul precandi Dominum gratia, montem conscedit.

Sed cum dubio eventu acies concurrissent, Moysis precibus victor Iesus, hostes in nem cecidit.

*Ante  
Christ.*

Per idem tempus Jethro, Moysis ficer, cum filia Sephora (quæ Moysi nupta, proficisci in Aegyptum viro, domi rese-derat) liberisque ejus, cognitis rebus, quæ per Moysen gerebantur, ad eum venit.

Hujus consilio Moyses ordines populi di-stribuit; tribunos centurionesque & decu-riiones præficiens, necessarium disciplinæ ritum posteris tradidit.

Post hæc Jethro in patriam regressus est. Exin ad Sinam montem perventum.

Ibi Moyses a Domino monetur, populus ut sanctificaretur, auditurus Dei voces, idque sollicite curatum.

Sed ubi Dens monti institit, validis tuba-rum clangoribus aër quatiebatur, crastæ-que nubes crebris cum fulminibus advol-vebantur.

Moyses & Aaron in montis cacumine Do-minuu[m] propter, populus circa ima mon-tis, constitit.

Ita lex lata multiplex & copiosa Dei ver-bis, & sape repetita, cuius si quis erit curiosior, fontem ipsum adeat, nos eam breviter perstringimus.

*Non erunt, inquit, tibi Di[us] alieni præter me.*

*Non facies tibi idolum.*

*Non sumes nomen Dei tui in vanum.*

*Sabbatho nullum opus facies.*

*Honorifica patrem tuum & matrem tuam.*

*Non occides.*

*Non moechaberis.*

*Non furtum facies.*

*Non falsum testimonium dices adversus pro-ximum tuum.*

*Non*

Aute Christ. *Nun concupisces quicquam proximi tui.*  
His a Deo dictis, cum tubæ circumstrepserent, lampades inardescerent, montem fumus obtegeret, populus præ timore inhorruit, verba Dei non sustinens.

Poposcitque a Moysi, ut ipse tantum loqueretur Dominus, atque ita audita ad populum referret.

Edicta autem Dei ad Moysen istiusmodi sunt.

*Hebreus puer, pecunia emtus, sex annis serviet; posthac liber erit; sponte autem permanenti in servitute, auris forabitur.*

*Qui hominem occiderit, capite pœnas luet; qui imprudens (hoc fecerit,) rite exsul erit. Qui patrem matremve pulsaverit, conviciumque eis dixerit, capitali supplicio afficitur. Si quis Hebreum subreptum vendiderit, morti dabitur.*

*Si quis servum proprium, servamve percusserit, exque eo iulu obierit, reus judicio sit.*

*Si quis servo oculum, aut dentem extirserit, servus vindicta liberabitur.*

*Taurus, si hominem occiderit, lapidabitur, si dominus, sciens bestie vitium, non consuluerit, & ipse lapidabitur, aut pretio: si redimat, in quantum accusator poposcerit. Si servum taurus occiderit, in triginta drachmis pecunia domino numerabitur.*

*Si quis defossum lacum non cooperuerit, pecusque in lacum ceciderit, pretium pecudis domino dabit.*

*Si taurus alterius taurum occiderit, pecus venundabitur, pretiumque domini partientur, peremptum etiam divident.*

Ante Christum Quod si Dominus, vitium tauri sciens, non  
 consuluerit, taurum dabit.  
 Si quis vitulum subripuerit, quinque restituet.  
 Si ovem subripuerit, quadrupli pæna erit.  
 Si viva penes abactorem pecora reperientur,  
 dupla restituet.  
 Nocturnum furem occidi licet, diurnum non  
 licet.  
 Si cuius pecora alterius sata depaverint,  
 dominus pecoris eversa restituet.  
 Si depositum perierit, is penes quem deposi-  
 tum fuit, jurabit, nihil dolo se egisse.  
 Fur inventus duplum dabit.  
 Commendatum pecus, a bestia interceptum,  
 non restituetur.  
 Si quis virginem nondum desponsatam (ra-  
 puerit) dotabit puellam, & ita eam uxorem  
 accipiet.  
 Si pater puelle nuptias recusaverit, dotem  
 raptor dabit.  
 Sacrificans idolis pereat.  
 Viduam & orphanum non premendos.  
 Pauperum debitorem non perurgendum.  
 Nec usuram postendam.  
 Vestimentum pauperis pro pignore non acci-  
 piendum.  
 Principem populi non increpandum.  
 Primo genita omnia Domino offerenda.  
 Carnem a fera captam non edendam.  
 Coitiones in testimonium falsum, aut in qua-  
 cunque malitia, non esse facienda.  
 Inimici pecus errans non præteribis, sed re-  
 duces.  
 Si animal inimici succubuisse oneri inveneris,  
 erigere debebis.

In-

*Ante Christum Innocentem & justum non occides.*  
*Non justificabis impium pro muneribus.*  
*Munera non accipienda.*  
*Advenam benigne habendum.*  
*Sex diebus opus faciendum, Sabbatho requiescendum.*  
*Fructus septimi anni non metendos, sed pauperibus & egenis relinquendos.*  
 Hæc fere Moyses ad populum verba Dei retulit, altariumque ex duodecim lapidibus sub monte constituit.  
 Ac rursum montem, in quo Dominus consistebat, descendit, adhibito secum Aarone, Nadabo & Abiude, majoribusque natu septuaginta.  
 Sed hi non valentes Dominum intueri, locum tamen, in quo Dominus stabat, viderunt; cuius mirabilis forma & claritudo eximia refertur.  
 Moyses autem arcessitus a Domino, interiorum nubem, quæ circum Dominum steterat, ingressus, quadraginta diebus, totidemque noctibus ibi fuisse narratur.  
 Quo tempore super ædificando tabernaculo atque arca rituque sacrificandi, edocetus verbis Dei est.  
 Sed immorante diutius Moysè, quippe qui quadraginta dies apud Dominum duceret, populus, desperato ejus reditu, Aaronem compulit simulacula facere.  
 Tunc ex metallis conflatis vituli caput exstitit.  
 Cui cum populus, Domini immemor, hostias obtulisset, vinoque se & ventri defecisset: delpectans hæc justo dolore Deus,

*Ante  
Christ.*

improbum populum, nisi a Moysè fuisset exoratus, deleisset.

Sed regressus Moyles, cum duas ex lapi- de tabulas, manu domini scriptas, detu- lisset, populumque luxui & sacrilegio de- ditum deprehendisset, tabulas confregit: indignam esse gentem existimans, cui lex Domini traderetur.

Multis tamen increpitis, Levitas ad se ag- gregavit, eisdemque præcepit, ut distri- ctis gladiis populum cæderent.

Quo impetu viginti tria millia virorum per- emta dicuntur.

Tum Moyses Tabernaculum extra castra con- stituit, quod quoties fuisset ingressus, columna nubis adstare pro foribus viseba- tur, coramque ad Moysen Dominus loque- batur.

Poscente autem Moyse, ut Dominum in ma- jestate propria videret, responsum, for- man Dei mortalibus oculis perspici non posse: posteriora tamen ejus (recedentis vestigia) videre concessum: tabulæque, quas Moyses prius confregerat, refectæ. Sed in hoc colloquio Dei, quadraginta die- bus diversatus apud Dominum Moyse traditur.

Cumque de monte descenderet, tabulas præferens, tanta claritudine facies ejus re- nitebat, ut intuiri eum populus non vale- ret. Sed cum mandata Dei relatus esset, vultum velamento obtexit, atque ita ad populum verbis Domini locutus est.

Hoc in loco Tabernaculi interiorumque ejus ædificatio refertur.

Quo

*Ante  
Christ.*

Quo consummato nubes superne decidit,  
atque ita Tabernaculum obumbravit, ut  
ipsum Moyse aditu excluderet.

Levi Tribu in sacerdotium segregata, re-  
liquæ tribus dinumerata sunt.

Cum ergo populus Mannæ cibo uteretur,  
tot tantisque beneficiis Dei, ut semper,  
ingratus, viles, quibus in Aegypto assue-  
verat, dapes desiderabat.

Tum Dominus immensam copiam coturni-  
cum castris intulit; quas cum avide diri-  
perent, primoribus labiis admotis carnibus,  
interabant.

Magna quo eo die clades in castris fuit;  
adeo ut viginti & tria virorum millia per-  
iisse trahantur.

Ita populus eo, quem desiderabat, cibo  
punitus est.

Inde promotum agmen & in Pharanidem  
ventum est: edoctusque a Domino Môy-  
ses, vicinam esse terram, cuius possessio-  
nem eis promiserat Dominus.

Exploratoribus in eam missis, renuntiatur,  
felicem omni copia esse regionem; sed gen-  
tes validas, & munita ingentibus muris  
oppida.

Quod ubi populo compertum fuit, magna  
mentes omnium formido incesserat, eoque  
mali ventum est, ut, spreto Moysis impe-  
rio, ducem sibi constituere pararent, cuius  
ductu in Aegyptum reverterentur.

Tum Jesus & Caleb, qui inter explorato-  
res terræ fuerant, concisis vestibus flen-  
tes populum obtestantur, ne exploratori-  
bus credant formidolosa referentibus: fe-

*Ante  
Christ.* quoque una cum his fuisse, nihil metuendum in solo isto reperisse: promissis illos Dei confidere oportere; hostes prædæ potius quam exitio fore.

Sed gens indomita, sanis consiliis male renitens in perniciem eorum ferebatur.

Quies rebus commotus Dominus, partem populi hostibus cædendam objecit.

1489 Exploratoribus interfectis ad vulgi formidinem, secuta est eorum contumacia, qui se, Dathane & Abirone ducibus, adversum Moysen & Aaronem erigere conati sunt. Sed eos vivos hiatu suo terra absouit. Nec multo post totius populi in Moysen & Aaronem orta seditio est, adeo ut Tabernaculum (quod erat nefas, nisi sacerdotibus, introire) irrumperent.

Tum vero catervam in eos grassata mors est: momentoque omnes interiissent, nisi Moysis precibus placatus Dominus, clamorem avertisset.

Numerus tamen peremptorum lepingenti & quatuordecim millia fuit.

Nec multo post ob aquæ penuriam, ut jam sæpius, populi exorta seditio est.

Tunc Moyses a Domino monitus, ut petram virga feriret, familiari sibi experimento (si quidem id jam ante fecisset) semel atque iterum petram percussit, atque ita aqua effluxit.

In quo quidem notatus a Domino Moyses refertur, quod per dissidentiam non nisi iterato iactu aquam eduxerit.

Denique ob hoc peccatum promissam sibi terram non ingressus est.

*Ante* Igitur Moyses ex eo loco promovens,  
*Christ.* cam præter Idumæam agmen educere pararet, missis ad regem legatis transeundi copiam poposcit, ob ius fanguinis bello abstinentium ratus.

Etenim gens illa Esavi progenies erat. Sed rex supplices asperfatus, transitum negavit, paratus armis contendere. Tum Moyses in Or möntem iter convertit, vetita via abstinentia, ne quam inter consanguineos causam belli præberet.

**1452** In eo quoque cursu regem gentis Chananæorum delevit.

Seonem quoque regem Amorrhæorum perculit, omniumque eorum oppidis potitus est. Basanem etiam & Balacum reges devicit, & castra super Jordānem haud longe ab Hierichonte molitus est.

Tunc adversus Madianitas certatum: vi-dique & subadū sunt. Moyses mortuus est, cum quadraginta in deserto annos populo præfuisse.

**1452** Ceterum Hebrei ob hanc causam tanto tempore in eremo fuisse traduntur, donec interirent.

Excepto enim Jesu & Calebe nemo ultra viginti annos natus, Aegypto profectus, Jordanem transiit.

Ipse Moyses, ut terram promissam videret tantum, nec contingere, peccato ejus adscribitur. quod eo tempore, quo saxum ferire, & aquam producere præceptus est, post tot virtutum suarum experimenta, dubitaverit.

*Ante  
Christ.*

Decessit autem anno ætatis vicesimo & centesimo.

De sepulcri loco parum compertum.

Moysè mortuo summa rerum penes Jesum, Naves filium, erat.

Etenim illum sibi Moyses successorem constituerat, virum virtutibus suis simillimum, Principio autem suscepit imperii, dimissis per castra nuntiis, populum certiorem facit, frumentum uti pararent, triduoque proximo iter pronuntiat.

Sed Jordanis flumen validissimum transitum prohibebat: quia neque navium copia pro tempore erat, neque vadari fluvius poterat, qui tum pleno alveo ferebatur.

Igitur arcam præferri a sacerdotibus, eosdemque adverso flumine consistere jubet. Quo facto incisus Jordanis traditur.

Ita per siccum copiæ traductæ.

Erat his in locis oppidum nomine Hierichon, muris validissimis munitum, neque expugnationi, neque obsidioni facile.

Sed Jesus, Domino fretus non armis, aut viribus urbem aggressus, ferri arcam Dei circa muros jubet, Sacerdotesque præire arcam, & tuba canere.

Sed cum arca septies circumlata esset, muri ac turres conciderunt: direptum oppidum atque incensum.

Inde adversus Gai duabus exercitus; locatisque a tergo urbis insidiis Jesus, metum simulans, terga hosti dedit.

Quo viso, qui in oppido erant, patentibus portis cedentibus instare.

Ita

*Ante Christ.* Ita hi, qui in insidiis fuerant, vacuam urbem cepere: cæsique omnes absque ullius effugio, rex captus, summoque supplice affectus.

Quod ubi vicinarum gentium regibus compertum est, in bellum conspirant, Hebræos armis depellere (tentant.)

Verum Gabaonitæ gens valida, cum urbe opulenta ultro se Hebræis dediderunt, iusta facturos pollicentes; receptique in fidem, ut ligna & aquam conveherent, imperatum.

Sed regibus proximarum urbium deditio eorum iras conciverat.

Itaque admotis copiis, oppidum eorum, Gabaon nomine, obsidione circumsistunt. Igitur oppidanî, artis rebus suis, nuntios ad Jesum mittunt, obfessis uti succurreret. Ita ille maturato itinere, inopinantibus supervenit, cæsique ad internectionem multa hostium millia.

Cum dies cædentes deficeret, noxque viatis futura præsidio videretur, merito fidei, dux Hebræus, noctem avertit, dies perseveravit. Ita nullum hostibus effugium fuit.

Quinque reges capti interficti sunt.

Eodem impetu vicinæ quoque urbes imperio adjectæ, regesque earum peremti.

Diviso igitur per tribus captivo solo, & Levitis, in Sacerdotium assumtis, nulla portione data, quo liberius Deo servirent, pace summa perfruebantur Hebræi, finitimis bello territis, tot victoriis nobiles, armis nemine audente tentare.

Eo.

*Ante  
Christ.* Eodem tractu Jesus mortuus est , anno æta-  
tis decimo & centesimo.

1438 Eo mortuo populus sine duce agebat.  
Sed cum adversus Chananæos bellandum  
esset , dux belli Judas assuntus est.  
Hujus ductu res prospere gestæ , domi mi-  
litiaque summum otium : populus , aut  
subactis aut per ditionem acceptis gen-  
tibus imperitabat.  
Inde , ut semper fieri secundis rebus so-  
let , morum disciplinæque immemor , ma-  
trimonia ex victis assumere , paulatimque  
externos mores trahere , ac mox , profano  
ritu , idolis sacrificare cocepit , adeo cun-  
cta cum externis societas perniciosa est ?  
Quæ Deus longe ante propiciens , salubri  
Hebreos responso instruxerat , devictas  
gentes ut internecioni darent.  
Sed plebs , cupida dominandi , imperare vi-  
dis cum pernicie malebat.

1425 Igitur cum , reliquo Deo , idola colerent ,  
desituti divino auxilio a rege Mesopota-  
mia divicti & subacti , octo annis capti-  
vitatem pependerunt , donec , Othoniele  
duce in libertatem restituti , per quinqua-  
ginta annos rerum potiti sunt.

Rursumque corrupti longæ pacis malo ,  
idolis litaverunt.

1376 Moxque aderat poena peccantibus.  
Ab Eglone enim rege Moabitarum devi-  
cti , duodeviginti annis servierunt , donec  
instinctu Dei , Aod regem hostium dolo  
interermit , contractoque tumultuario exer-  
citu , libertatem armis vindicavit.

Idem

*Ante  
Christ.* Idem per octoginta annos in pace Hebreis praeuit.

Huic Semigar successit; hicque adversus Allophylos congressus, secundo eventu praelium fecit.

1276 Rursumque Hebreos sedantes idola, rex Chananaeorum, Jabinus nomine, subjugavit, gravissimamque in eos per viginti annos dominationem exercuit: donec pristinum Debhora mulier statum reddidit.

Adeo nihil spei in eorum ducibus erat, ut muliebri auxilio defenderentur.

1214 Rursumque ob peccata Madianitis traditi duro imperio habebantur, afflictique malo servitutis divinum auxilium imploraverunt. Ita semper in secundis rebus immemores caelestium beneficiorum, idolis supplicabant, in adversis Deo.

Igitur cum eis Madianitæ dominarentur, conversi ad Dominum, misericordiam solitam flagitantes, impetraverunt.

Erat in Hebreis Gedeon quidam nomine, vir justus, & carus Domino acceptusque. Huic Angelus, de campo messis domum revertenti, asitit: Dominus, inquit, tecum potens in virtute.

At ille voce humili, non esse in se Dominum, ingemiscebatur: si quidem, quod populum captivitas premeret, virtutumque Domini, qui eos de terra Aegypti eduxerat, flens recordabatur.

Tum Angelus: vade, inquit, in hoc spiritu, quo locutus es, & populum de captivitate eripe.

*Ante Christ.* Ille vero abnuere, se, infraictis suorum viribus, cum ipse minimus esset, tantum onus suscipere.

Perstare contra Angelus, ne dubitaret posse fieri, que Dominus loquebatur.

Perfecto igitur sacrificio, dirutaque ara, quam Baalis idolo Madianitæ sacraverant, ad suos profectus, castra castris hostium contulit.

Sed Madianitis etiam gens Amalecitarum se conjunxerat.

Gedeon vero non amplius quam ad triginta & duo millia exercitum paraverat. Sed priusquam contigeret, Deus ad eum locutus est, nimiam esse hanc multitudinem, quam in prælium vellet educere: Hebraeos pro solita perfidia, eventum pugnae non Deo, sed virtuti sua datus, itaque daret volentibus discedendi potestatem.

Quod ubi populo divulgatum, viginti & duo millia castris recesserunt.

Sed ex decem millibus, quæ refederant, admonitus a Domino, non amplius quam trecentos tenuit: reliquos ab armis dimisit.

Iussis omnibus tuba canere, magnum terrorēm injecit; neque cuiquam resistendi animus fuit, turpi fuga, quo quisque potuit, dilapsi.

Sed, occurrentibus omni ex parte Hebrais, passim fugientes cadunt.

Reges Gedeon, persecutus ultra Jordanem comprehensos neci dedit.

*Ante  
Christ.*

Ea pugna centum & viginti millia ex hostibus cæsa, quindecim capta traduntur. Tunc consensu omnium Gedeoni, ut princeps populi esset, delatum.

Quod ille aspernatus, communī jure cum civibus vivere. quam præesse suis, maluit; depulsa igitur captivitate, quæ septem annos populum continuerat, pax per quadraginta annos fuit.

**1166** Sed defuncto Gedone, filius ejus Abimelechus, fratribus interemtis, pessimis quibusque consentientibus, & maxime Sichimorum principibus operam ei navantibus, regnum occupavit.

**1163** Isque discordiis civilibus exercitus, cum suos bello premeret, turrim quandam, in quam se, amissio oppido, fugientes receperant, expugnare aggressus, tum incautius subit, saxe a muliere iactus periit, cum triennio imperium tenuisset.

Huic succedit Thola, qui duobus & viginti annis regno potitus est.

**1140** Post hunc Jairus fuit; cum æque viginti & duos annos principatum obtinuisse, populus, relicto Domino, idolis se mancipavit.

**1117** Obque id Israëlitæ subacti sunt ab Allophylis & Ammonitis, duoque de viginti annis sub eorum imperio fuerunt.

Quo tempore eis Dominum invocantibus, divinum scilicet responsum redditum est; Simulacra potius invocarent, se non ultra misericordiam ingratis praestitum.

At isti flentes culpam fateri, & precari veniam; abjectisque idolis Deum implorans

*Pars I.*

**C**

*tes*

*Ante  
Christ.*

1099

tes, negatam licet misericordiam impe-  
traverunt.

Igitur, Jepta duce, ad libertatem armis  
vindicandam frequentes convenient, missis  
prius ad Amonem regem legatis, ut, fini-  
bus suis contentus, bello abstineret.

At ille prælium non abnuens, aciem instru-  
xit.

Tum Jepta, priusquam signum pugnæ da-  
retur, vovisse dicitur, si prospere pugnaf-  
set, eum, qui tibi primus revertenti obvius  
fuisset, hostiam Deo dandum.

Ita viæis hostibus cum domum rediret,  
filia ei obviam fit, quæ, patrem exceptura  
victorem cum tympanis & choris, læta  
processerat.

Tum Jepta consternatus dolore conscißis  
vestibus, indicat filiae voti necessitatem.  
At illa, non feminea constantia, mori non  
recusans, duos tantum tamen menses vitæ  
spatium petuit, ut æquales suas prius videret.  
Quibus actis, ultiro ad patrem reddit, vo-  
tumque Domino reddit.

Jepta principatum sex annis tenuit.

1092

Huic Esebon succedit, & tranquillis rebus  
exacto imperio, anno septimo decepit.

1085

Post eum Allon Zabulonites annis decem,  
itemque Abdon annis octo rerum potiti,  
pacis tempore nihil, quod historia loque-  
retur, ediderunt.

1066

Rursum Israëlitae ad idola conversi, divino  
desstituti præsidio, subjecti Allophylis, per  
quadraginta captivitatis annos poenas per-  
fidiaz pependerunt.

1159

Ea tempestate Samson natus dicitur.

Hu-

*Ante  
Obriſt.* Hujus mater diu sterilis, Angelum vidit, dictumque ei est: vino & sicera atque immundis abstineret: fore, uti puerum ederet, libertatis vindicem & hostium ultorem. Ita mulier enixa puerum, Samsoni nomen ei indidit.

Is, intosco capite, miræ virtutis fuisse traditur: adeo ut leonem in via obvium manus discerperet.

**¶ 118** Uxorem ex Allophylis habuit; quæ, cum absente viro, in alterius matrimonium convenisset, dolore ereptæ conjugis perniciem genti molitus est: fretus Domino & viribus; palam victores clade afficiebat. Trecentis siquidem vulpibus captis, ardentes lampades earum illigavit caudis, atque eas agris hostium immisit.

Ac tum forte maturis messibus, facile incendium fuit, vineæque & olivarum arbores exustæ.

Grandi Allophylorum exitio abruptæ uxoris injuriam ultius videbatur.

Quo dolore Allophyli permotj, mulierem, tanti mali causam, cuin domo & patre incendio consumserunt.

Sed Samson parum se vindicatum ratus, urgere omnibus incommodis profanam gentem non desinebat.

Tum compulsi Judæi vincitum eum Allophylis tradiderunt.

Sed traditus, ruptis vinculis, arrepto osse Asini, quod casus telum dederat, mille ex hostibus prostravit.

*Ante  
Christ.* Ingravescente autem æstu, cum siti affectus esset, invocato Domino, ex osse, quod manus tenebat aqua fluxit.

Ea tempestate Samson Hebræis præterat, Allophylis unius virtute domitis.

Igitur insidiantes vitæ ejus, nec palam eum tentare audentes, uxorem ejus, quam ille postea acceperat, pecunia corrumpunt, virtutem viri uti proderet.

Illa eum blandimento muliebri aggressa, diu eludentem, & multum cunctantem perpulit, ut indicaret, in crinibus capitinis virtutem suam subsistere.

Mox, dormienti insidiata, crinem ejus abstulit, atque ita eum Allophylis tradidit. Nam sæpe prius traditum comprehendere nequiverant.

Tum illi, effossis oculis, vincum compendibus in carcerem conjecerunt.

Sed spatio temporis accisi crines crescere, & cum eis virtus redire occuperat.

Jamque Samson, conscius recepti roboris, tempus modo iustæ ultiōnis opperiebatur. Erat Allophylis moris, cum dies festos agerent, Samsonem quasi in pompam publicam producere, capto insultantes.

Ita die quodam, cum publicum epulum in honorem idoli dedissent, Samsonem exhiberi jubent.

Templum autem, in quo omnis populus, omnesque Allophylorum principes epulabantur, duabus subnixum columnis miræ magnitudinis erat.

Productus Samson, inter columnas statuitur,

Tum

*Ante  
Chrīſt.*

Tum ille, tempore arrepto, invocato prius Domino, columnas disjecit: turbaque omnis ruina domus obruta, ipse, cum hostibus, non inultus occubuit, cum viginti annis Hebreis præfuisset.

Huic Simmichar successit; & per hæc tempora civile bellum exarserat.

Igitur Hebrei, sine judice aut duce ullo, proprio arbitrio agebantur.

1139 Heli Sacerdos erat: sub hoc Samuel natus est.

Huic pater Elcana, mater Anna.

Hæc diu sterilis, cum conceptum a Deo peteret, vovisse traditur, si puer nascetur, sacrandum Domino.

Ita enixum puer Heli sacerdoti tradidit. Mox, cum adolevisset, Dominus ad eum locutus est: (jussitque, suam) Heli sacerdoti iram denuntiari, ob vitia filiorum, qui sacerdotium patris in quæstum verterant, munera a sacrificantibus exigentes: quamquam plerumque eos pater increpasse referatur.

Sed levior objurgatio non satisfecerat disciplinæ.

Igitur, Allophylis in Judæam irruentibus, obviam itum.

Sed vieti Hebrei parant aciem restituere; arcam Domini secum in pugnam efferunt, & cum ea filii sacerdotis prodeunt; quia ipse annis gravior luminibus obductis, satisfacere officio requiverat.

Sed ubi arca in conspectum hostium deduceta est, majestate quadam præsentis Domini territi, fugam parabant.

*Ante  
Christ.* Assumtaque rursum constantia, & non sine  
Domino mutatis animis, totis viribus con-  
currunt.

**1119** Vieti Hebræi: arca capitur: filii sacerdo-  
tis cadunt.

Heli, delato ad se mali nuntio, consterna-  
tus, animam exspiravit, cum per annos vi-  
ginti sacerdotium administrasset.

Victores secundo prælio Allophyli, ar-  
cam Dei, quæ in potestatem venerat eo-  
rum, in oppido Azoto in templum Dag-  
onis intulerunt. Sed simulacrum dæmoni  
dicatum, ubi arca illata est, corruit.

Dumque idolum loco restituissent, nocte  
infœcta disceptum est.

Inde mures per omnem regionem exorti,  
noxiis mortibus multa hominum millia le-  
tho dabant.

Quo malo compulsi Azotii, ad declinan-  
dam calamitatem arcam Dei ad Gethæos  
traustulerunt.

Qui cum simili clade afficerentur, in oppi-  
dum Ascalonensem arcam transvexerunt.  
His vero, advocatis gentis ejus primori-  
bus, consilium fuit, arcam Domini He-  
braïs reddere.

Ita ex sententia principum augurumque  
& sacerdotum, imposita vehiculo multis  
cum muneribus remittitur.

Illud mirabile, quod cum oneri boves fe-  
minas subjecissent, vitulosque earum domi  
retinuissent, iter nullo duce, in Judæam  
pecudes direxerunt, non revocante affectu  
fetus relieti.

*Ante Christ.* Cujus rei miraculo reguli Allophylorum usque in fines Hebræorum arcam secuti religiosum officium præstiterunt.

Judei autem, ubi referri arcam viderunt, certatim ex oppido Bethsamide cum gaudio p̄biam ruere, festinare, exultare, grates Domino referre.

Mox Levitæ, quorum hoc negotium erat, sacrificium Deo celebrant, bovesque eas, quæ arcam adduxerant, immolant.

Sed in oppido, quod supra diximus, tene-  
ri arca non potuit.

Itaque passim, Dei nutu, per totam urbem saevitum.

Arca in Cariathiarimidem oppidum transla-  
ta est; ibique per viginti annos fuit.

Ea tempestate Samuel sacerdos Hebræis præerat: quietis a bello rebus, populus in otio degebat.

Pax deinde Allophylorum irruptione tur-  
bata, trepidantibus cunctis ob conscienciam peccati,

1099 Samuel, cæsa prius hostia, Domino fretus, suos in prælium eduxit: primoque impetu fusis hostibus, victoria penes Hebræos stetit.

Sed hostili metu remoto, secundis tranquil-  
lisque rebus, frequentes Samuelem circum-  
fistunt, ut, quia jam ipse senuisset, regem eis constitueret.

At ille placide, salubri oratione ab insana voluntate detorquere plebem, dominatio-  
nem regiam & superba imperia exponere,  
libertatem extollere, servitutem detestari;  
postremo divinam eis iram denuntiare, si-

*Ante  
Christ.* quidem homines mente corrupti, Deum regem habentes, regem sibi ex hominibus flagitarent.

His atque aliis istiusmodi frustra dictis, cum populus in sententia perseveraret, Dominum consulit.

Qui permotus vecordia insanæ gentis nihil adversum se potentibus negandum respondit.

1979 Igitur Saul, sacerdotali prius a Samuele unguento perfusus, rex constitutus est. Hic ex tribu Benjamini, Cisi patre ortus, modestus animi, forma excellenti erat; ut merito dignitas corporis dignitati regiae conveniret.

Sed principio regni hujus, aliquanta ab eo pars populi desciverat, parere imperio abnuens, seque Ammonitis conjunxerat. Verum hos Saul impigre ultus est, victique hostes, & venia Hebreis data.

Tum Saul iterato a Samuele unctus refertur. Inde Allophylorum irruptione atrox bellum exortum: locum exercitui ad convenientium Saul in Galgalis constituerat.

Et cum per septem dies Samuelem opportus esset, ut sacrificium Domino fieret, tardante illo, cum populus dilaberetur, illicita præsumptione, rex ad vicem facerdotis holocaustum obtulit: multumque a Samuele increpatus, sera peccatum poenitentia fatebatur.

Igitur ex peccato regis metus omnem exercitum pervaferat.

Castra hostium haud longe sita, præsens periculum ostendebat: neque cuiquam exsun-

*Ante  
Ebusit.*

eundi in prælium animus, plures lacrymas  
& latebras petiverant.

Nam præter imbecillitatem animorum, qui alienum a se Dominum delicto regis arbitrabantur, in maxima ferramentorum inopia exercitus erat: adeo ut præter Saulem & Jonatham filium ejus, nemo gladium aut lanceam habuisse tradatnr.

Nam Allophyli, superiori bello viatores, usum Hebraïs ademerant, neque cuiquam conficiendi teli bellici aut rustici ferramenti potestas fuerat.

Igitur Jonatha, audaci consilio, solo armigero suo comite, castra hostium ingressus, viginti fere ex hostibus interemtis, universum exercitum terrore perculerat.

Tum vero, nutu Dei in fugam versi, non imperia exsequi, non ordines observare, omne praesidium in pedibus habere.

Quod ubi Saul animadvertis, suis propere eductis, fugientes persecutus, victoria portitus est.

Eo die rex edixisse traditur, ne quis, nisi confectis hostibus, cibum caperet.

Sed Jonatha, interdictionis ejus inscius, favo reperto, tincto spiculo, mel degustaverat. Quod ubi regi ex Domini ira compertum est, morte affici filium jussit.

1074 Sed populi auxilio ab exitio vindicatus est. Ea tempestate Samuel a Domino monitus, regem adiit, verbis Domini nuntians, ut genti Amalecitarum, quæ olim Hebraeos ex Aegypto venientes transitu prohibuerat, bellum inferret, addito interdicto, ne quid ex spoliis devigitorum concupisceret.

*Ante  
Christ.*

Ita in fines hostium ductus exercitus, rex captus; gens subacta: Saul victus præde magnitudine, præcepti divini immemor, capta servare & ferri jubet.

Quo facto offensus Dominus, Samuelem alloquitur: pœnitere se, quod Saulem regem constituerit: dictum sacerdos regi refert.

1074 Mox a Domino monitus, Davidem regali unguento perlinit, parvum etiamnum puerum, sub patre agentem, pastorem ovium, assuetum saepius cithara canere: ob quod postea a Saule assuntus, inter ministros regios habebatur.

1073 Qua tempestate, Allophylis atque Hebræis bello flagrantibus, cum ex adverso acies constitissent, Goliath quidam ex Allophylis, vir miræ magnitudinis & roboris, suorum ordines prætergressus, ferocibus verbis probra in hostes jaciens, singularem pugnam ciebat.

Tum rex magna præmia, & filiæ nuptias despondit, si quis provocantis spolia retulisset.

Sed nemo, ex tanto agmine, aggredi audebat.

Igitur David, etiamnum puer, pugnæ se obtulit; rejectisque armis, quibus iufirma ætas gravabatur, virga tantum & quinque lapidibus sumptis, in prælium processit, primoque iætu, missa funda lapide, Allophylum perculit; caput vieti & spolia abstulit: gladium postea in templum posuit. Allophyli autem, omnes in fugam versi, viatoriam concessere.

Sed

Ante  
Christ.

Sed e prælio reversis, multus circa Davi-  
dem favor, invidiam regis accenderat.  
Timens autem tam carum omnibus, cum invi-  
dia & perficie nocere non potest: sub spe-  
cie honoris objectare eum periculis statuit.  
Ac primum tribunum eum fecerat, ut rem  
bellicam curaret.

Inde cum ei filiam spopondisset, fidem fre-  
git, eamque alteri tradidit.

Mox filia regis natu minor, Meichol no-  
mine, amore Davidis flagrare occooperat.  
Igitur nuptiarum ejus illiusmodi condicio-  
nem proponit: si centum (capita) David ex  
hostibus retulisset, regiam virginem matri-  
monio illius cessuram.

Sperabat enim juvenem, periculosa auden-  
tem, facile peritum.

Sed longe aliter, ac ratus erat, evenit.  
Nam ut proposuerat, impigre David cen-  
tum capita ex Allophylis retulit; atque  
ita regis filiam in matrimonium accepit.  
Crescebat in dies in eum regis odium, sti-  
mulante invidia: quia bonos semper mali  
inseclantur.

Igitur ministris & Jonathæ filio imperavit,  
vitæ ejus ut insidias pararent.

Sed Jonathæ carus acceptusque jam inde  
a principio David fuerat.

Itaque rex, increpitus a filio cruentum  
in perium reppressit.

Sed non diu mali boni sunt.

Nam cum spiritu erroris Saul affligeretur,  
eique David aspiseret, cithara laborantem  
deliniens; lancea eum ferire conatus est,  
nisi ille lethalem ielum propere declinasset.

Ex-

*Ante  
Christ.*

Exinde jam non occulte , sed palam ei necem parabat : nec ultra se David regi credidit.

Ac primum fugiens , ad Samuelem se consultit : inde ad Abimelechum , postremo ad regem Moabitum confugit.

Mox per Gaddum Prophetam monitus , in terram Iudeæ regressus , vita periculum adiit.

Ea tempestate Saul Abimelechum sacerdotem interemit , quod Davidem receperisset : cum ex ministris regiis nemo in sacerdotem manus inferre auderet , Doeg Syrus cruentum ministerium executus est.

Post id David desertum petiit : illuc quoque eum Saul persecutus est : sed inani opera ejus exitium moliebatur , quem Dominus protegebat.

Erat in deserto spelunca , vasto recessu patens.

In ejus interiora David se conjecterat . Saul nesciens , in primo speluncæ aditu reficiendi corporis gratia successerat ; ibique somno captus requiescebat.

Quod ubi David animadvertisit , hortantibus cunctis ut opportunitate uteretur , abstinuit regis exitio . diploide tamen ejus abstulit.

Mox egressus , tuto eminus loco a tergo regem allocutus est , sua in illum commorans beneficia , ut saepe pro regno ejus caput periculis objectasset , utque postremo , praesenti tempore , a Domino sibi traditum interimere noluisset.

Ad

ei ne-  
i cre-  
con-  
no ad  
s, in  
culum  
erdo-  
isset:  
otem  
ruen-  
quo-  
inani  
Do-  
u pa-  
re  
ique  
anti-  
ab-  
ejus  
ergo  
me-  
ejus  
tre-  
tra-  
d

Ante Christ. Ad hæc culpam Saul fateri, veniam precari, lacrymas fundere, pietatem Davidis extollere, malitiam suam incusare, regem eum & filium appellans.

Tantum ex feroci illo animo mutatum crederes, nihil ultra adversum generum ausurum.

Sed David, qui penitus ingenium mali spectatum haberet & cognitum, nihil regi credendum ratus, intra erenum se continebat. Saul vecors animi, quia comprehendendi generum potestas non erat, filiam suam Meicholem Davidi, ut supra retulimus, nuptam Faltimo cuidam in matrimonium dedit.

David ad Allophylos confugit.

Ea tempestate Samuel diem functus est. 1061 Saul, Allophylis bellum inferentibus, Dominum consulit, nullumque est ei responsum redditum.

Tum per mulierem, cujus viscera spiritus erroris impleverat; Samuelem evocatum consulit.

Dictum ei ab eo est, postero illum die cum filio vietum ab Allophylis in prælio casurum.

Igitur Allophyli, castris in hostium solo positis, postero die aciem instruunt: Davide tamen ex castris remisso, quia parum crediderant sibi illum aduersum suos fidum fore. Sed conserto prælio, Hebrai fusi, filii regis cadunt: Saul equo delapsus: ne vivus in potestatem hostium veniret, gladio suo incubuit.

Saule perempto, David, in terra Allophylerum, perlato ad se mortis ejus nuntio,

mi-

*Ante Christ.* miro pietatis exemplo flevisse traditur.

Tum Chebrom Judææ oppidum petuit.  
Ibi rursum regali unguento illitus, rex appellatus est.  
Sed Abner, qui magister militiae Saulis regis fuerat, sprofo Davide, Isbaalem, regis sui filium, regem constituit.  
Crebris deinde præliis inter duces regum concursum.

Pulsus Abner sapius, fratrem tamen Joabi, qui ex parte Davidis exercitui præerat, fugiens peremis.

Quo dolore postea Joabus, cum se Abner Davidi regi deditisset, jugulari eum præcepit non sine dolore regis, cuius fidem cruentaverat.

Per idem tempus, omnes fere natu majores Hebræorum, publico consensu, regnum ei totius gentis detulerunt.

Nam per septem annos, in Chebrone tantum regnaverat.

Ita tertio rex ungitur, annorum circiter triginta: Allophylos in regnum irrisentes, secundis præliis repulit.

1048Ea tempestate arcum Domini, qua in Cariathiarimide oppido, ut supra retulimus, erat, in Sionem transtulit.

Cumque ædificare Domino templum in animo haberet, divinum ei responsum redditum, semini illius id reservari.

Bello deinde Allophylos domuit, Moabitas subjugavit. Syriam subegit, stipendiisque ei imposuit.

*Ante  
Christ.*

Auri atque æris ex præda immensum in modum retulit.

Bellum deinde adversum Ammonitas, ex injuria Chanunis regis eorum exortum.

Syris denuo rebellantibus, qui cum Ammonitis in bellum conjuraverant, David summam rerum Joabo, principi militiae, permiserauit, ipse a bello remotus intra Hierosolymam commorabatur.

1044 Qua tempestate Bethsabeam quandam, mira feminam pulchritudinis, uxoris loco compertam habuit,

Hæc viri cuiusdam uxor, qui tum in casulis erat, fuisse legitur.

Hunc David, iniquo pugnæ loco objectum hostibus, interficiendum curavit.

Ita mulierem, matrimonio viduam, numero uxorum aggregavit.

Tum per Nathan prophetam graviter increpatus, licet agnito errore, castigationem Domini non effugit.

Namque filium, ex furto illo editum, paucos post dies amisit; multaque in domum familiamque ejus execranda acciderunt.

1026 Ad extremum Absalon filius ejus arma impia adversus patrem sustulit: regno eum depellere cupiens.

Adversus hunc Joabus acie conflixit, admonitus a rege, ut vieto parceret.

Sed ille, ipreto imperio, parricidiales conatus ferro ultus est.

Flebilis ea victoria fuisse regi memoratur: tanta in eo pietas erat, ut etiam parricidae filio ignosci voluerit.

*Ante  
Christ.*

Vix hoc bellum extinctum videbatur, aliud rursum exortum; Sabaea quodam duce, qui pessimum quemque ad arma incitaverat. Sed propere motus omnis morte ducis repressus.

Crebra deinde adversus Allophylos David prælia secundo eventu habuit: cunctisque bello domitis, & tam exteris, quam domesticis motibus compresis, floridissimum regnum in pace habebat.

Tum eum subita cupido incessit, ad mettiendas imperii vires, populum censere. Ita a Joabo militiae magistro, decies centena & trecenta civium millia dinumerata. Hujus eum facti mox piguit, poenituitque, veniam a Domino petens: cum in id animos extulisset, ut regni sui potentiam ex suorum potius multitudine, quam ex favore divino, estimaret.

Itaque missus ad eum Angelus, trinam ei poenam denuntiat, datque arbitrium unam eligendi.

Sed proposita triennii fame, trium mensium fuga, morte tridui: fugam & famem detestatus, mortem elegit, momentoque temporis septuaginta millia virorum interripi.

Tum David videns Angelum, cuius dextera populus prosternebatur, veniam precari, seque unum pro omnibus poenæ obficere; se dignum exitio, quia ipse peccasset.

Ita aversum plebis supplicium; David in loco, in quo Angelum viderat, aram Domino statuit.

Mox

*Ante Christ.* Mox annis & morbo infactior, Salomonem filium, ex Bethsabea Uriæ uxore suscepimus, successorem regni constituit.

Is regali unguento per Sadocum sacerdotem unctus, patre adhuc incolumi, rex appellatus.

**1019** David, cum regnasset annos quadraginta, defunctus est.

Salomon initio regni urbem muro circumdedit.

Huic per soporem astare Dominus visus est, petendi, quæ vellet, tribuens optionem.

Sed ille non aliud sibi, quam sapientiam, dari poposcit; reliqua omnia parvi afflans,

Ita somno excitatus, cum ante sacrarium Domini constitisset, indulxæ sibi a Domino sapientiæ documentum dedit.

Namque duas mulieres una in domo diversantes, cum eodem tempore pueros edidissent; atque ex his alter post diem tertium nocte obiisset, mater defuncti somno alterius insidiata, mortuum suum supposuit, viventem abstulit.

Inde inter eas de puerò altercatio, postremo res ad regem delata, difficilis judicij absolutio inter negantes, ubi testis deerat. Tum Salomon divinæ sapientiæ munere perimi puerum, corpusque ejus dividi inter ambigentes, jubet.

Cumque una earum judicio acquievisset; alia vero cedere potius puerò, quam discripsi eum malle; Salomon ex affectu feminæ, hanc vere matrem esse conjectans,

*Ante Christ.* puerum illi adjudicavit, non sine circumstantium admiratione: siquidem latentem veritatem prudentia protulisset.

Ita in admirationem ingenii prudentiaeque ejus, reges vicinarum gentium amicitiam ab eo fœdusque petiere, parati imperata facere.

## PERIODUS V.

*Ab quarto regni Salomonis anno, quo tem-*  
*plici fundamenta sunt jacta, ad annum Cy-*  
*ri 21. sive Judaice captivitatis ultimum,*  
*complectens annos 474.*

1015 **Q**ueis opibus confusus, templum Domini immensi operis facere aggressus, parasit per triennium impendiis, quarto fere imperii anno primum fundamentum jecit, & coepit vigesimo anno explicuit. Celebrato deinde ibidem sacrificio, dictaque oratione, qua populum templumque benedixit, Dominus ad eum locutus est, denuntians fore, si quando peccassent, ac Dominum reliquistissent, templum illud solo æquandum.

Quod jampridem impletum videmus. Inter ea Salomon, florens opibus, omnium, qui unquam fuerant, regum ditissimus, qui-que semper ordo rerum est, ab opibus in luxum & vitia delapsus, cum adversum interdictum Dei, ex alienigenis conjugia sumisset, & jam septingentas uxores &

*Ante Christ.* trecentas concubinas haberet, idola eis  
ritu gentium suarum, quibus litarent,  
constituit.

Quibus rebus aversus Dominus, graviter  
increpito, poenam denuntiavit fore, ut  
regnum, ex parte majore ademtum filio,  
servo illius traduceretur.

Idque ita accidit.  
**980** Nam defuncto Salomone, anno imperii  
quadragesimo, cum Roboamus filius anno  
ætatis sexto & decimo regnum patrium  
tenere cœpisset, pars populi ab eo offens-  
sa discedit.

Etenim cum laxari sibi stipendium popo-  
scisset, quod Salomon gravissimum impo-  
suerat; repudiatis precibus supplicum, fa-  
vorem universæ plebis averterat.

Itaque, consensu omnium, imperium ad  
Jeroboamum defertur.

Is medio genere ortus, aliquamdiu Salo-  
moni servitutem peperederat.

Sed cum ei, responso Achiae prophetæ,  
regnum Hebræorum annuntiatum compe-  
risset, necare eum clam destinaverat.

Quo ille metu in Aegyptum configit, ibi-  
que uxore accepta ex stirpe regia, cognita  
demum Salomonis morte, in solium pa-  
trium regressus, voluntate populi, ut su-  
pra retulimus, summis imperium.

Penes Roboamum tamen duæ tribus, Ju-  
dæ & Benjamin, resederunt, ex his ad  
trecenta millia paravit exercitum.

Cumque acies promoverentur, verbis Dei  
populus admonetur, prælio abstineret, &

*Ante Christ.* sciret, ex suo nutu Jeroboamum regnum accepisse.

Ita, spredo regis imperio, exercitus di-  
lapsus, Jeroboami imperium invaluerat.  
Sed cum Hierosolymam Roboamus obti-  
neret, ubi, templo a Salomone facto, po-  
pulus sacrificare Domino consueverat; ve-  
ritus Jeroboamus, ne ab eo plebem reli-  
gio averteret, statuit animos ejus supersti-  
tione occupare.

Itaque vaccam auream in Bethel, alteram  
apud Dan constituit, quibus populus lita-  
ret: sacerdotesque, omissa Levitica tribu,  
ex plebe instituit.

Invisum Domino flagitium expostulatio  
(poenæ) consecuta (est.)

Crebra deinde inter reges prælia, dubio  
eventu, regnum obtinebant.

963 Roboamus, septimo & decimo imperii an-  
no exacto, vita functus est.

In hujus locum Abiud filius ejus regnum  
Hierosolymæ sex annos tenuit, quamvis  
in Chronicis triennio regnasse referatur.

960 Huic Asa filius succedit, a Davide quin-  
tus fere: quippe abnepos ejus.

Fuit religiosus Domini cultor.

Namque deletis aris lucisque idolorum,  
vestigia paternæ perfidiae sustulit.

Fœdus cum rege Syriæ firmavit: ejus  
auxilio Jeroboami regnum, quod tum a  
filio tenebatur, multa clade affecit: ac sa-  
pe vietiis hostibus, prædam ex victoria  
retulit.

919 Post unum & quadragesimum annum æger  
pedibus decepsit.

Huic

*Ante  
Corist.*

Huic triplex peccatum adscribitur: unum, quod societate regis Syriae nimium confus sit; alterum, quod prophetam Domini, hoc ipsum increpantem, in vincula congererit: tertium, quod in pedum dolore remedium, non a Domino, sed a medicis speraverit.

Sed initio regni hujus Jeroboamus, rex decem tribuum, defunctus est: regnum Nadabo filio reliquit.

Is malis operibus & tam suis quam paternis meritis inquisus Domino; non ultra biennium regno potitus est: privataque imperio indigna progenies Baalon Achiae filium successorem habuit, aequa a Domino alienissimum.

Isque sexto & vigesimo imperii anno defunctus est: regnum ad Elam filium devolutum nec ultra biennium retentum.

Namque eum Zambrius, princeps equitum, epulantem interfecit, regnumque occupavit, vir perinde in Dominum atque homines impius.

Ab hoc pars populi secessit, Thamri cuidam regium nomen delatum.

Sed Zambrius (qui Helam interfecerat,) non ultra dies septem regnavit.

At in parte tribus Judae Asa mortuo, Josaphatus filius ejus regnare coepit: vir religiosis virtutibus merito clarus.

Is cum Jambri pacem habuit.

896 Defunctus est autem, cum regnasset annos quinque & viginti.

*Ante  
Christ.*

Hujus imperii tempore Achabus , Jambri filius , rex decem tribuum fuit , ultra omnes in Domum impius .

Namque Jesabel , filia Basæ regis ex Sidone in matrimonium accepta , Baali idola aram lucosque constituit & prophetas Domini interermit .

Quo tempore Elias propheta oratione cœlum conclusit , ne pluviam terræ daret ; idque regi denuntiavit , ut se impius causam mali esse cognosceret .

Igitur suspenis cœlo aquis , cum loca omnia adusta solis ardoribus non victum hominibus , non pabulum jumentis darent ; ipse se intra periculum famis propheta concluserat .

Ea tempestate cum eremum petiisset , corvis cibum ministrantibus vixit .

Aquam torrens proximus , donec aruit , dedit .

Inde admonitus à Domino , Sarepta oppidum petiit : ad mulierem viduam divertit . Cumque ab ea esuriens cibum peteret , illa causari non esse sibi nisi pugillum farris & pusillum olei , quo absumpto , unacum filiis mortem expetaret .

Sed cum Elias verbis Dei polliceretur , nec hydriam farre , nec vas oleo esse minuendum ; mulier poscenti fidem non cunctata propheta credere , promissorum fidem consecuta est , siquidem divinis incrementis tantum accresceret , quantum quotidie detrahebat .

Eodem tempore ejusdem viduæ filium mortuum Elias in vitam reduxit .

Tum

*Ante  
Chrīſt.*

Tum jussu Domini regem adiit: exprobra-  
toque ei sacrilegio poposcit ad se om̄rem  
populum congregari.

Qui cum propere convenisset, accitis ido-  
lorum ac lucorum sacerdotibus quadrin-  
gentis fere & quinquaginta, inter eos in-  
de orta est altercatio.

Elia Dominum prædicante, illi supersticio-  
nes suas afferebant.

Postremo placuit fieri periculum, ut si  
cujus cæsam hostiam missus celo ignis ab-  
fumeret, rata esset religio, quæ virtutem  
edidisset.

Ita Sacerdotes, occiso vitulo, Baalis ido-  
lum invocare coeperunt; frustaque con-  
sumtis invocationibus, imbecilitatem do-  
mini sui tacite fatebantur.

Tum vero Elias irridens eos; ne forte,  
inquit, dormiat, clamate vehementius, ut  
somno, quo tenetur, evigilet.

Enimvero miseri trepidantes mussare, &  
tamen quidnam Elias facturus esset, ex-  
spectare.

At ille cæsum vitulum imposuit, cum prius  
sacrarium aqua opplesset, invocatoque Do-  
mino, aspectantibus cunctis, ignis celo  
delapsus aquam cum hostia absumisit.

Tum vero populus solo stratus, Dominum  
fateri, idola exsecrari; postremo, Eliæ  
jussu, profani sacerdotes comprehensi, de-  
ductique ad torrentem, necati sunt.

Redeuntem inde regem propheta persecu-  
tus est.

Sed cum ei Jesabel regis uxor, vitæ pe-  
riculum pararet, ad remotiora fecellit.

*Ante Christ.* Ibi eum Dominus allocutus est, septem millia virorum esse adhuc pronuntians, qui se idolis non dedissent.

Mirum id Eliae fuit, qui solum se a sacrilegio immunem esse crediderat.

Ea tempestate Achabus, rex Samariae, vineam Nabothaei, adhaerentem sibi, concupivit.

Quam cum ille ei vendere noluissest, dominus Jesabelis interfectus est.

Ita Achabus vinea potitus est, cum tamen Nabothaei mortem doluisse referatur.

Mox per Eliam verbo Domini increpatus, agnitoque crinine, cilicio induitus, egisse poenitentiam traditur. Quo facto imminentem poenam avertit.

Namque rex Syriae magno cum exercitu, duobus & triginta regibus in societatem belli adscitis, fines Samariae ingressus, cum rege urbem obsidere coepit.

Actis deinde obsecorum rebus, dat bellum conditiones, si aurum & argentum & feminas tradidissent, fore, uti vita eorum parceret.

Sed tam injustis conditionibus extrema perpeti satius visum.

Et cum iani omnium desperata esset salus; propheta a Domino missus, regem adit; hortatur, ut in prælium exeat; cunctantem multis confirmat.

Ita eruptione facta, fusi hostes, copiosa que præda reperta est.

Sed post annum, reparatis viribus, Syrus in Samariam regressus, acceptam cladem ultum ire cupiens, rursum vietus est.

Eo

*Ante  
Chrift.*

Eo prælio centum viginti millia Syrorum interiere, regi venia data, regnum ei & pristinus status concessus.

Tum Achabus verbis Dei a propheta increpitus; quod abusus divino munere, hosti sibi tradito pepercisset.

Igitur Cyrus post triennium bellum Hebreis intulit.

Adversum hunc Achabus, pseudoprophetarum impulsu, in prælium descendit; spreto Michæa propheta & in vincula conpresso, quod ei exitiabilem fore pugnam denuntiasset.

903

Ita eo prælio Achabus interfactus, Ochosia filio imperium reliquit.

Is æger corpore, cum ministros, qui idolum pro salute ejus consulerent, mississet: Elias a Deo monitus, obviam se eis obtulit, increpitosque renuntiare regi jubet, mortem ejus consecutaram.

901

Tum rex comprehendi eum, ac deduci ad se jubet; sed missi cœlesti igne absunti. Rex, ut propheta prædixerat, obiit.

Successit autem ei Joramus frater ejus; isque duodecim annis imperio potitus est.

896

At in parte duarum tribuum, Josaphato rege defuncto, Joramus filius regnum tenuit annos duodeviginti.

Is Achabi filiam uxorem habuit, socero quam patri propior.

889

Post hunc Ochosias filius imperium adeptus est.

Hoc regnante Elias translatus refertur.

Eodem tempore Eliseus discipulus ejus; multis signis potens exstitit.

*Ante Christ.* Ab eo viduae filius resuscitatus , Syrus lepra purgatus.

Famis tempore , omnium rerum copia , fugatis hostibus , invecta ; in usum trium exercituum aquæ præbitæ.

De exiguo olei , immodicis incrementis , solutum mulieris debitum , & ipsi sufficiens vivendi substantia data.

Hujus temporibus , ut diximus , Ochosias duarum tribuum erat rex , decem vero Joramus , ut supra retulimus , imperabat. Interque eos foedus istum.

Nam & adversus Syros junctis viribus belatum , & adversum Jehum , qui per prophetam in regem decem tribuum unctus fuerat , pariter in prælium egressi , eadem pugna interiere.

Sed regnum Joramii Jehu tenuit , posito Ochosia in Judea rege.

Hic uno anno regnavit ; mater ejus Co-tholia ( quæ est Athalia ) imperium post occupavit , ademto nepoti imperio , etiam tum parvo pueru , cui Joas nomen fuit.

Sed huic ab avia præemptum imperium , post octo fere annos , per sacerdotem & populum , depulsa avia , redditum.

Hic initio regni observantissimus divini cultus fuit , magnisque sumtibus templum exornavit.

Post , adulacione Principum depravatus , adoratusque ab eis , Dei iram meruit.

Namque ei Azahel , rex Syriae , bellum intulit ; inclinatisque rebus suis , auro templi pacem redemit.

Nec

- Ante Christ.* Nec tamen ea potitus est , facti invidia a suis interfectus , anno imperii quadragesimo . Huic Amasias filius successit .
- 861 At in parte decem tribuum , defuncto Iehu , Joachas filius ejus regnavit : invisus Deo malis operibus , ob quæ regnum ejus Syris prædæ fuit , donec , Dei misericordia , depulsi hostibus , pristinum habere statum cœperunt .  
Joachas diem functus , Joæ filio reliquit regnum .
- 834 Is Amasæ regi duarum tribuum , civile bellum intulit , victoriaque potitus , multam prædam in regnum suum convertit . Idque ob Amasæ delictum accidisse traditur .  
Siquidem Idumæorum fines viator ingressus , idola gentis ejus assumferat .  
Hic novem annos regnasse scribitur .  
Joramus enim , rex decem tribuum , octavo imperii Amasæ anno traditur regnare coepisse , unumque & quadraginta annos imperium tenuisse .  
Regnante demum Osia , Amasæ filio , quarto imperii ejus anno defunctus est .  
Post hunc Zacharias ejus filius regnavit .
- 806 Igitur Osias regnum Judæ adeptus , præcipuam curam Domini cognoscendi habuit , Zacharia propheta plurimum usus .
- 768 Esaias etiam sub hoc primum prophetasse traditur , quo merito prosperis eventibus adversus finitimos bella geslit .  
Arabes etiam devicit .  
Jamque Aegyptum terrore nominis sui concusserat , elatusque secundis rebus , il-

*Ante  
Christ.*

licita præsumens, incensum Deo obtulit,  
quod solis sacerdotibus fas erat.

Itaque, cum per Azariam sacerdotem in-  
crepitus eo loco decedere cogeretur, at-  
que in iram exarsisset, lepra oppletus  
decessit.

Quo modo affectus, vita functus est, cum  
regnasset annos duos & quinquaginta.

755

Regnum inde Joathæ filio datum, isque  
admodum sanctus fuisse fertur, prospere-  
que imperium administravit; gentem Am-  
monitarum bello victam stipendum præ-  
stare coegerit.

Regnavit autem annis sexdecim.

Eidecumque Achas filius succedit.

739

Celebris circa hæc tempora Ninivitarum  
fides traditur.

Id oppidum, olim ab Assure, Semi filio,  
conditum, caput regni Assyriorum fuit,  
frequens tum incolentium multitudine;  
alens virorum millia centum & viginti,  
atque ut in magno populo, abundans vi-  
tii.

Quies Deus motus, Jonam prophetam ex  
Judæa ire præcepit, ac denuntiare urbi  
excidiū, sicut olim Sodoma & Gomorrah  
divinis ignibus conflagrassent.

Verum propheta prædicationis istius mi-  
nisterium detrectans, non contumacia, sed  
præscientia, qua videbat Dominum pe-  
nitentia populi placandum, navim, quæ  
longe diversa regione Tharsos petebat,  
conscendit: sed ubi in altum processum,  
nautæ, fævitia maris compulsi quisnam  
esset mali causa, forte exploravere.

Cum

*Ante Christ.* Cum super Jonam sors cecidisset, tamquam piaculum tempestatis in profundum proiectus, exceptusque a ceto, marino monstro, ac devoratus, post triduum fere Nini-vitarum littoribus, ejactus, jussa prædicat: urbem scilicet ob peccata populi tri-duo peritaram.

Igitur non dissimulanter, ut olim Sodомis, audita est vox prophetæ: ac statim, jussu regis exemploque, populus univer-sus, quin & recens nati, cibo potuque abstinere jubentur, jumenta itidem, & di-versi generis animalia compulsa fame ac siti, lamentantium speciem cum hominibus præbebant.

Ita imminens malum aversum.  
Jonæ apud Deum conquerenti, quod fides dictis novi affusisset, responsum; poenitenti-bus veniam negari non posse.

At in Samaria Zachariam regem admodum impium, quem superius regnasse memora-vimus, Sella quidam interemit, regnumque occupavit: idemque Manæ insidiis, exemplo facti fui, perit.

Manes erectum Sella imperium tenuit, filioque Pacheo reliquit.

735 Eundem vero Pacheum quidam ejusdem nominis interemit, regnumque occupavit. Mox ab Oseeo peremptus, eodem scele-re, quo assumferat imperium, amisit.

Hic ultra omnes reges superiores impius, poenam sibi perpetuamque genti captivi-tatem a Deo meruit.

Nam

*Ante  
Christ.*

Namque ei Salamanassar, rex Assyriorum, intulit bellum victumque tributarium sibi effect.

Sed cum, occultis consiliis, rebellionem pararet; regemque Aethiopum, qui tum Aegyptum obtinebat, in auxilium arcesseret, idque Salamanassar comperisset: perpetuis eum vinculis in carcerem conjectit, urbemque excidit, populum universum in regnum suum abduxit, Assyriis in hostili solo ad custodiam positis.

Exinde ea pars Samaria appellata: quod lingua Assyriorum custodes Samaritas vocant.

Ex quibus plerique divinas ceremonias receperunt, reliquis in errore gentilitatis perseverantibus.

Hoc bello Tobias in captivitatem duclus est.

At in parte duarum tribuum rex Achas, ob impietatem invitus Deo, cum finitimarum bellis saepe premeretur, deos gentium colere decrevit; nimurum quia eorum illæ (gentes) auxilio victores frequentibus præliis exstisissent,

Ita in hoc nefaria mentis piaculo diem funditus est, cum sexdecim annis in regno fuisset.

724 Huic Ezechias filius successit multum paterni dissimilis ingenii.

Namque initio regni populum sacerdotesque ad Dei cultum cohortatus, multis disseruit, ut frequenter castigati a Domino, saepius essent misericordiam consecuti, ut postremum decem tribus, in captivitatem

*Ante Christ.* nuper abductæ , sacrilegii poenas dissolvèrent : curandum eis sedulo , ne eadem pati mereantur.

Ita conversis ad religionem omnium animis , Levitas Sacerdotesque omnes ad celebranda secundum legem sacrificia ordinavit : celebrarique Pascha instituit , quod jam pridem fuerat omissum.

Cumque dies festus adestet , dimissis per omnem terram nuntiis , conventus diem edixit : ut ibi , qui post abductionem decem tribuum in Samaria resedissent , ad solemnē sacram convenienterent.

Ita frequentissimo conventu dies sacer publica lætitia exactus fuit , ) longo post intervallo religione legitima per Ezechiam restituta.

**715** Pari deinde industria , qua divina curaverat , rem bellicam administravit ; Allophylosque frequentibus præliis contudit , donec ei Senacheribus , rex Assyriorum bellum intulit : magno cum exercitu fines ejus ingressus lateque agris vastatis , nullo obſistente , urbis obſiōnem urgebat . Ezechias enim , multitudine inferior , non ausus manū conferere , muris se tuebatur . Rex Assyrius portis assultans , minitari excidium , deditiōnem imperare , Ezechiam fruſtra Deo confidere : se Dei nutu potius arma sumisse , victorem omnium gentium , eversorem Samariæ effugi non posse , ni matura deditiōne ſibimet conſulifſent .

In hoc rerum statu Ezechias Deo fretus , Esaiam prophetam consulit , ejusque reſpon-

*Ante  
Christ.* sponso edocetur, nihil ex hoste periculi fore; divinum autem auxilium non defuturum.

Nec multo post Thaaracas, rex Aethiopum, regnum Assyriorum invadit.

Quo nuntio Senacheribus ad sua tuenda conversus, fremens & clamitans, victoris sibi victoriam eripi, bellum omisit, missis ad Ezechiam litteris, cum verborum contumeliis denuntians, se paulo post, rebus domi compositis, ad excidium Judææ mature redditum.

Sed nihil his Ezechias motus, orasse Dominum traditur, ne hanc tantum hominis insolentiam inultam sineret.

Ita eadem nocte Angelus castra Assyriorum aggressus, multa hominum millia letho dedit.

Rex trepidus in oppidum Niniven confudit, ibique a filii interfectus, dignum se exitum tulit.

Per idem tempus Ezechias, æger corpore, morbo incubuerat.

Cumque Esaias ei verbum Domini annuntiasset, vitæ ejus finem adesse, flesse rex traditur.

Ita quindecim annos prorogari sibi ad vitam meruit.

696 Quibus peractis, nono & vigesimo imperii anno decessit: regnum Manasseo filio reliquit.

Is a patre multum degenerans, religio Domino culturas impias exercuit: ob quod in potestatem Assyriorum traditus malo coactus, agnoverit errorem populumque ad

*Ante Christ.* adhortatus est , uti relictis idolis , Domi-  
num colerent.

Nihil sane dignum memoria gestit : regna-  
vit autem annos quinque & quinquaginta .  
Amon deinde filius ejus regnum adeptus  
est , nec ultra biennium eo potitus est :  
paternæ impietatis hæres , Domini negli-  
gens , suorum insidiis circumventus , pe-  
riit .

**640** Ad Josiam filium imperium devolutum.  
Is admodum religiosus fuisse traditur . sum-  
maque cura divina administrasse , Helchia  
sacerdote usus bene .

**624** Is cum in templo librū verbi Dei scrip-  
tum , repertum a sacerdote , legisset , quo  
continebatur , Hebræam gentem , ob cre-  
bras impietates & sacrilegia , delendam ;  
piis ad Deum precibus fletuque jugi im-  
minentem cladem avertit .

Quod ubi indultum sibi per Holdam pro-  
phetissam comperit ; majore cura , utpote  
obligatus divinis beneficiis , cultum Dei  
exercuit .

Igitur vasa omnia anteriorum regum , su-  
perstitionibus , idolis consecrata , crema-  
vit .

Namque eo profani ritus invaluerant , ut  
Soli ac Lunæ divinos honores darent , eis-  
demque etiam ex metallis sacraria ædifi-  
carent .

Quibus Josias in pulverem tedaëtis sacer-  
dotes quoque profanarum ædium interfecit .  
Sed ne sepulchrī quidem impiorum peper-  
cit : quod olim prædictum a propheta im-  
pletum animadversum est .

*Ante  
christ.* Hujus octavo & decimo imperii anno Pascha celebratum.

Post triennium fere adversus Nechaonem, regem Aegypti, qui bellum Assyriis inferebat, in prælium egressus, priusquam inter se acies concurserent, sagitta idus est.

**609** Exque eo vulnera, in urbem relatus, decelit, cum regnasset annos unum & vi-

ginti.  
Joachas inde filius ejus regnum adeptus, tribus mentibus tenuit, captivitati ob impietatem delinatus.

Namque eum Necho, rex Aegypti, vicium captumque duxit.  
Nec multo post in vinculis diem funditus est.

**609** Judæis stipendum annum imperatum, rex eis Eliachimus arbitrio victoris datus, qui postea immutato nomine Joachim vocatus est.

Hic Joachæ frater, Josiæ filius fuit; fratri, quam patri propior, sacrilegio invisus Deo. Igitur cum regi Aegyptio pareret, quippe cui tributum penderet, Nabuchodonosorus rex Babylonius, Judæam terram occupavit armis, & per triennium jure belli violor posedit.

**606** Etenim cedente jam rege Aegypti, determinatisque inter eos imperii finibus, con venerat, Judæos ad Babylonem pertinere.

Ita cum Joachim, exæsis in regno annis undecim filio ejusdem nominis locuni fecisset, isque regis Babylonii in se irata constitasset, (Deo nimis agente), cui con-

*Ante Christ.* tutum erat Judæam gentem , captivitati & internecioni dare) Nabuchodonosorus Jerosolymam cum exercitu ingressus , urbem murosque , ac templum solo stravit , auri immensum modum & sacra ornamenta , vel publica , vel privata , puberesque omnes virilis ac muliebris sexus transfutit , relictis , quorum imbecillitas aut ætas fastidio victoribus fuit , quæ turba , inutilis servitio , exercendis colendisque agris , ne incultum esset solum , deputata est .

Eisdemque rex Sedechias præpositus , ad emis viribus , inani tantum umbra regii nominis concessa .

Sed Joachim tribus mensibus tempus imperii habuit .

Is cum populo Babyloniam translatus , & in carcerem conjectus est , trigesimum post annum remissus , atque a rege in amicitiam receptus , mensaque & consiliis participatus , non sine solatio depulsa calamitatis decepsit .

Interea Sedechias , rex turbæ inutilis , quamquam sine viribus , infido ingenio , at Dei immemor , qui non intelligeret , captivitatem ob delicta gentis illatam , postremis denique malis debitus regis animum offendit .

Ita ei , post novem annos , Nabuchodonosorus bellum intulit , compulsumque intra muros confugere , triennio obsedit .

Qua tempestate Jeremiam prophetam , qui jam sèpsum imminere urbi captivitatem prænuntiaverat , consulit ; si quid spei forsan superesset .

*Ante Christ.* Sed ille cælestis iræ non ignarus, super eadem saepius interrogatus, respondit, ipsi regi specialem poenam denuntians.

Tum vero Sodechias, in iram excitatus, trudi prophetam in carcerem jubet, moxque eum crudelis facti piguit.

Sed obstantibus Judæorum principibus, quibus jam inde a principio moris fuerat bonos premere, absolvere innocentem non est ausus.

Iisdem cogentibus, in lacum immensi profundi, cœnoque ac sordibus, atque ex eo extiabili foetore horridum, demissus est, ut ne simplici quidem morte exspiraret.

Sed rex, licet impius, aliquanto tamen sacerdotibus mitior, educi prophetam de lacu, & carceris custodiæ reddi jubet.

Interea obfessos vis hostium & penuria urgebat, consumptisque omnibus, quæ mandi poterant, famæ invaluerat.

Ita defessis inedia defensoribus, oppidum captum, incensumque.

589 Rex, ut propheta dixerat, effossis oculis Babyloniam translatus: Jeremias, misericordia hostilis, carcere exemptus.

Cum eum Nabuzardanus, princeps regius, captivum cum ceteris duceret, delata sibi optione ab eo, utrum in solo patriæ deserto desolatoque subsistere, an secum abire in summis honoribus vellet, residere in Patria maluit.

Nabuchodonosorus, abducto populo, residuis, quos belli conditio, vel prædictum, reliquos viatoribus fecerat, Godoliam ejusdem gentis præpositus, absque

super  
ip-  
atus,  
mox-  
bus,  
uerat  
non  
pro-  
x eo  
est,  
men  
i de  
uria  
que  
dum  
culis  
seri-  
re-  
de-  
pa-  
se-  
let,  
re-  
edæ  
at,  
abf-  
e.

Ante  
Christ.

quo ullo insigni regio, aut imperii nomine: quia praesente paucis, & calamitosis, nulla dignitas erat.

DANIEL sub rege Joachimo captus deducetusque Babyloniam, parvus admodum puer; postea ob elegantiam vultus, inter ministros regios assumtus, unaque cum eo Ananias, Misaël & Azarias. Sed cum eos rex delicatioribus cibis curari præcepisset, idque negotii Asphanæo (cuidam) dedit, Daniel, paternarum traditionum memor, ne ex mensa regis gentilium cibis participaret, poposcit ab Asphanæo, ut leguminibus tantum uterentur.

Causante Asphanæo, ne dissimulatum imperium regis consecutura macies proderet; Daniel, Domino fretus, pollicetur majoris decoris sibi vultus ex leguminibus, quam ex cibis regiis fore. Fidesque dictis affuit: ita ut minime eorum vultus comparabiles haberentur, qui imperialibus impendiis procurabantur. Igitur a rege in honore & gratia exhibiti, prudentia & disciplina, brevi omnibus regis proximis antelati.

Per idem tempus, Susanna quædam Joachimo nupta, spectatae femina pulchritudinis, a duobus (Judæis senioribus,) cum impudicis non adquievisset, falso crimine incessitur, iisdem (Judæis) deferentibus, in remotis locis adolescentem cum ea deprehensum, sed illum, juvenili alacritate, senum manus effugisse. Ita (crimiantibus) fides habita: Judicio populi Su-

*Ante  
Christ.*

sanna damnatur. Quæ cum secundum legem ad supplicium duceretur, Daniel tum annos natus duodecim, increpitis Judæis, quod innocentem morti dedissent, reducere eam in judicium, causamque denuo audire postulat.

Enimvero multitudo Judæorum, quæ tum aderat, non sine Domino existimans puerum contentæ etatulæ in hanc constantiam prorupisse, favore accommodato, in consilium revertitur. Initur denuo iudicium. Danieli, ut inter maiores natu resideret, delatum. Igitur separari accusatores jubet, unumque ex eis interrogat, sub cuius generis arbore adulteram apprehendisset. Ex varietate responsi falsitas comprehensa: Susanna aboluta, seniores, qui innocentii periculum creaverant, capite damnati.

Ea tempestate, Nabuchodonosorus somnium vidit, mysterio futurorum mirabile. Cujus interpretationem cum per se non posset evolvere, adscitis ad interpretandum Chaldaës, qui magicis artibus extisque hostiarum scire occulta & futura præcineré videbantur: mox veritus, ne more hominum, non vera, sed placita regi, ex somnio conjectarent, visa suppressit; poscitque ab eis, ut, si vera in his divinatio esset, somnium ipsum sibi dicerent: tum demum interpretationi eorum crediturum, si prius enuntiando somnium, artis periculum fecissent. Illi vero tantam molem abnuentes, non esse id humanæ opis confitebantur.

Rex

Ante  
Cbris.

Rex motus, quod falsa divinandi profes-  
sione homines erroribus illudenter, cum  
adstricti præfenti negotio nihil scire se  
confiterentur: ita edictio regis in eos anim-  
advertisum, palamque omnes hujus artis  
interciebantur. Quod ubi Danieli com-  
pertum, regis proximum appellat: enun-  
tiationem somni, interpretationemque ejus  
pollicetur. Res ad regem defertur: Da-  
niel arcessitur. Jam revelato sibi per Do-  
minum mysterio, visio regis refertur, so-  
lutioneque. Sed res postulat, ut regis som-  
nium, & interpretationem prophetæ, &  
consequentium fidem exponamus.

Viderat rex per soporem, imaginem ca-  
pite aureo, brachiisque argenteis, ventre  
& femoribus æreis, oruribus ferreis, quæ  
in pedes partim ferreos, partim fistiles,  
desinebat. Sed ferrum atque testum, in-  
ter (se) confusum, coire non poterat. Ad  
extremum, imaginem lapis sine manibus  
abscissus, proterebat: redactaque omnia in  
pulverem, vento ablata.

Igitur secundum prophetæ interpreta-  
tionem, imago visa, figuram mundi gerit.  
Caput aureum, Chaldæorum imperium  
est: siquidem id primum & opulentissimum  
fuisse accepimus.

Pectus & brachia argentea, secundum re-  
gnum annuntiant; Cyrus enim, viælis  
Chaldæis atque Medis, imperium ad Per-  
sas contulit.

In ventre æreo tertium regnum porten-  
di promuntiatur: idque impletum vide-  
mus

*Ante Christ.* mus. Siquidem Alexander, eruptum Per-  
sis imperium, Macedoniae vindicavit.  
Crura ferrea, imperium quartum idque  
Romanum intelligitur, omnibus ante re-  
gnis validissimum.

Pedes vero partim ferrei, partim fictiles,  
dividendum esse regnum Romanum, ita  
ut nunquam inter se coëat, praefigurant:  
quod æque impletum est; siquidem jam  
non ab uno imperatore, sed etiam a plu-  
ribus, semperque inter se armis, aut stu-  
diis dissentientibus, res Romana admini-  
stratur.

Denique commisceri testum atque ferrum,  
nunquam inter se coëntem materiam,  
commixtiones humani generis futuræ, a  
se invicem dissidentes, significantur, si-  
quidem Romanum solum ab exteris genti-  
bus, aut rebellibus occupatum, aut de-  
dentibus (se) semper (sub) pacis specie  
traditum constat: exercitibusque nostris,  
urbibus atque provinciis permistas barba-  
ras nationes, & præcipue Judæos, inter  
nos degere, nec tamen in mores nostros  
transire videamus. Atque hæc esse po-  
strema tempora, prophetæ annuntiant.  
In lapide vero sine manibus abspresso, qui  
aurum, argentum & ferrum, testumque  
commixtum, Christi figuram esse. Is enim  
non conditione humana editus (siquidem  
non ex voluntate viri, sed ex Deo natus  
est) mundum istum, in quo sunt regna  
terrarum, in nihilum rediget, regnumque  
aliud incorruptum atque perpetuum, id  
est,

*Ante  
Christ.*

est, futurum sacerdolum, quod sanctis paratum est, confirmabit.

Igitur Daniel, multis a rege muneribus omni imperio, in summis honoribus habebatur. Ejus suffragio Ananias, Asarias & Misaël, ad summam æque dignitatem & potestatem proveyti.

At in Iudea, cui post excidium Jerosolymæ Godoliam præpositum, supra memoravimus, ægre ferentes Judæi, principem sibi ex stirpe non regia, arbitrio viatoris datum, Ismaële quodam duce & concitatore nefandæ conjurationis, dispositis eum, in convivio insidiis, peremerrunt.

At hi, qui extra noxiā fuerant, ultum ire facinus cupientes, propere adversum Ismaëlem arma capiunt. Sed ille, quia cognovit exitium sibi imminere, reliquo exercitu, quem contraxerat, non amplius quam octo comitantibus, ad Ammonitas confugit. Igitur populum universum metus pervaferat, ne paucorum scelus, omnium exitio, rex Babylonius ultum iret: nam præter Godoliam multos ex Chaldaëis cum eo interfecerant. Itaque consilium ineunt fugiendi in Aegyptum.

Sed prius Jeremiam frequentes adeunt: sciscitantes divinum responsum. At ille verbis Dei universos hortari, in solo patro manerent: si id fecissent, Dei præsidio tuendos, nullumque a Babylonis periculum fore; sin Aegyptum peterent, omnes ibi ferro ac fame, diversoque mortis

*Ante  
Christ.*

genera perituros. Sed plebs, assueto male, insolens parendi salubribus consiliis, & divino imperio, profecta est in Aegyptum. Quid de ea postea actum, sacris litteris siletur; nobis nihil compertum est. Hoc tractu temporum, Nabuchodonosorus elatus rebus secundis, statuam sibi auream immensæ magnitudinis posuit: adorari que eam, ut sacram effigiem, præcepit. Quod cum certatim ab omnibus, depravatis adulatione omnium animis, fieret, Ananias, Azarias & Misael profano officio abstinuerunt, non ignorantes honorem hunc soli Deo debitum.

Igitur rei ex edicto Regis constituantur, propositaque eis conditio poenarum, ardens caminus, ut praesenti metu adorare statuam cogerentur; verum illi devorari ignibus, quam piaculum committere, maluerunt. Itaque vincti pedibus, in medias flamas conjiciuntur. Sed ministros infandi operis, dum promptius damnatos in ignem propellunt, flamma absorbit. Hebreos (mirum dictu, & incredibile non visentibus) ignis non attigit, cum a spectantibus deambulantes in camino psalmum Deo dicere cernerentur. Visusque cum his inter ignem quartus, specie Angeli, quem Nabuchodonosorus proprio intuitu, filium Dei se vidisse confessus est. Tum rex haud dubius, divinam in re praesenti fuisse virtutem, missis per omne regnum suum edictis, facti miraculum promulgavit, confessus soli Deo honorem deferendum. Nec multo post rex, objecto

si-

*Ante  
Christ.*

sibi somnio, mox voce etiam cælo emissa admonitus, potestate regia abjecta, atque ab omni conversatione humana remotus herbis tantum vitam sustinens, egisse poenitentiam traditur: servatum ei nutu Dei imperium, donec impleto tempore, agnito demum Deo, post septem annos, & regno, & statui pristino restitutus est.

562

Post Nabuchodonosorum filius ejus regnum est adeptus, quem in Chronicis Evilmerodachum fuisse vocitatum reperi. Hic duodecimo imperii anno diem funeris fratri minori, qui Balthasarus dictus est, locum fecit. Is cum quarto & decimo anno publicum epulum principibus ac praefectis suis daret, sacra vasa, quæ per Nabuchodonosorum de templo Ierosolymæ ablata, in regales usus usurpata, sed recondita in thesauris habebantur, proferri imperavit.

556

Cum his per luxum ac licentiam regalis convivii promiscue omnes virilis ac muliebris sexus, uxorem concubinæque ejus uterentur: subito rex in pariete conspicit digitos scribentes, cernebanturque inversum ductæ litteræ. Sed qui posset scripta legere, non reperiebatur.

Igitur rex perterritus: magos & Chaldaeos advocat. Quibus missantibus, nec quicquam respondentibus, regina regem admonet: esse quendem Hebreum Daniëlem nomine, qui olim Nabuchodonoso occulti mysterij somnium revelasset. Jam tum, ob illustrem sapientiam, summis honoribus donatum. Itaque accitus

Da-

*Ante  
Christ.*

559

Daniel perlegit, interpretatusque, ob delictum regis, qui sacra Deo vasa temerasset, ipsi exitium imminere, regnumque ejus Medis ac Persis datum.

Quod mox consecutum est. Nam eadem nocte Balthasarus interiit, regnumque ejus Darius, natione Medus, occupavit. Daniellem illustri opinione comptum, universo imperio praeposuit, secutus superiorum regum judicium. Nam & Nabuchodonosorus eum regno praefecret, & Balthasarus veste purpurea & torque aureo donatum, tertium regni principem constituerat.

Igitur hi, qui una cum eo rerum potentes erant, invidia exagitati, quod eis alienigena captivae gentis fuisset aquatus, regem depravatum adulazione compellunt, ut sibi diebus proximis trincta divini honores darentur, neque cuiquam liceret Dominum, nisi, regem, precari. Facile id Dario persuasum, stultitia regum omnium, qui sibi divina vindicant.

Igitur Daniel non rudis, neque inscius, Deo preces, non homini, deferendas, reus constituitur, edicto regis non paruisse. Multumque abniente Dario, cui carus acceptusque semper fuerat, principes pervicere, ut in lacum demitteretur. Sed objecto bestiis, nullum periculum fuit. Quod cum rex comperisset, accusatores deputari leonibus præcepit; qui non simili exemplo profundi sunt. Nam continuo devorati, feraram famem expleverunt.

Da-

b de-  
tem-  
mque  
  
adem  
e ejus  
Da-  
uni-  
erio-  
cho-  
Bal-  
ureo  
onsti-  
  
oten-  
alie-  
atus ,  
lunt ,  
ivini  
ceret  
acile  
om-  
  
ius ,  
reus  
nisse.  
arus  
per-  
Sad  
fuit.  
ores  
n si-  
onti-  
unt.  
I-

*Ante  
Christ.*

Daniel clarus ante, clarius haberi coepit. Rex antiquato edicto suo, novum proposuit: relicitis erroribus ac superstitionibus, Deum Danielis colendum. Darius duodeviginti annos regnasse traditur. Qua tempestate Astyages Medis imperabat. Hunc Cyrus, ex filia nepos ejus, regno expulit, Persarum usus armis: unde summa imperii ad Persas translata est. Babylonii quoque in potestatem ditionemque ejus concessere. Igitur initio regni, popositis publice edictis, dat potestatem Judæis in solum patrium redeundi; sacra etiam vasa, quæ Nabuchodonosorus de templo Hierosolymæ abstulerat, reddidit. Itaque pauci tum in Judæam regressi.

536

## PERIODUS VI.

*Ab soluta captivitate Judaica usque ad Aes-  
ram Græcam, sive Seleucidarum, comple-  
tens annos 224.*

**E**rat ea tempestate apud Babylonios Beli antiquissimi regis, cuius etiam Virgilius meminit, ex ære simulacrum, quod superstitione hominum consecratum Cyrus quoque adorare erat solitus; antiatum ejus dolo illusus, qui vesci effigiem illam atque potare affirmabant; cum diurnam pensationem, quæ idolo inferebatur, clam ipsi absumerent.

Igi-

*Ante  
script.*

Igitur Cyrus , cum Daniele familiaritor uteretur , quærit ab eo , cur simulacrum non adoraret , cum manifestum viventis Dei esset indicium , absumentis ea , quæ inferebantur à Daniel , ridens hominis erzorem , negare , id posse fieri , ut as illud , id est bruta materies , cibo uteretur , aut potu . Acciri ergo rex sacerdotes jubet : nam fere ad septuaginta erant , adhibito que eos terrore increpat , quis impensa consumeret ? cum Daniel , vir prudentia insignis , minime id ab insensibili simulacro posse fieri contenderet . Tum illi confisi parato dolo , inferre & obsignari a rege templum desposcunt , uti , nisi omnia postero die absunta deprehenderentur , morte poenas persolverent ; dum eadem conditio Danieli maneret .

Itaque signo regis templum obsignatur , cum prius Daniel , sacerdotibus insciis , pavimentum cinere aspersisset , ut introeuntium occultos aditus vestigia prōderent . Igitur postero die rex templum ingressus animadverit absunta , quæ idolo apponi jussérat . Tum Daniel occultam fraudem vestigiis prudentibus referat , sacerdotes cum uxoribus & filiis subfoso foramine ingressos , ea , quæ Idolo apposita fuerant , devorasse . Ita omnes iussu regis interfeci , templum ac simulacrum Danieli in potestatem datum , atque arbitrio ejus dirutum .

Intera Judæi , quos ex permisso Cyri in patiam regressos supra memoravimus , urbem ac templum restituere aggressi , ut

pau-

*Ante Christ.* pauci atque inopes, parum proficiebant, donec centesimo fere anno, Artaxerxe rege Persis imperitante per eos, qui locis praeerant, ab aedificando sunt deterriti. Etenim tum Syria atque omnis Iudea; sub Persarum imperii, per magistratus ac praefides regebatur. Igitur his consilium fuit regi Artaxerxi scribere; Non oportere Iudeis restituendae urbis iure copiam dari, ne pro contumaci ingenio, resumitis viribus, aliis gentibus imperare soliti, non paterentur sub alieno imperio degere. Ita comprobato a rege praefidum consilio, prohibita urbis aedificatio, usque in secundum Darii regis annum dilata est.

Post Darium Medium, quem duodevinti annos regnasse significavimus, Cyrus uno & triginta annis rerum potitus est, Scythis bellum inferens in praetorio cecidit, secundo anno postquam Tarquinius Superbus Romae regnare coepérat.

529 Cyro Cambyses filius ejus successit, regnabitque annos novem. Hic cum Aegyptum atque Aethiopiam bello premeret & subegisset, victorque in Persas revertetur, casu seipsum vulneravit, ex eoque ictu periret. Post hujus mortem Magi duo fratres, natione Medi, menses septem Persarum regnum obtinuerunt. Ad hos interficiendos septem nobilissimi Persae conjuraverunt, quorum princeps fuit Darius Hyrcaspis filius, natus, ex fratre patre, le Cyri, omnique consensu regnum ei delatum, regnavit annos sex & triginta.

Hic

Ante Christ.      Hic ante quadriennium quam decederet,  
 490                apud Marathonem pugnavit, celeberrima  
                       Græcis Romanisque historiis prælio. Id  
                       gestum post Romam conditam, anno fere  
 486                ducentesimo & sexagesimo. Post Darium  
                       Xerxes fuit, isque unum & viginti annos  
                       regnasse traditur. Huic successit Artaxer-  
 465                xes, cuius supra mentionem fecimus. Hic  
                       cum inhiberi ædificationem urbis Judææ  
                       templique jussisset, suspensum opus usque  
 424                in secundum Darii regis annum peperit.  
                       Darius deinde, sub quo templum est re-  
                       stitutum, regnum adeptus est, cui Ochus  
                       tum nomen erat. Hic cum, ex Hebræis  
                       tres adolescentes spæctatae fidei, corporis  
                       custodes haberet, unusque ex his (cui  
                       nomen Zorobabel) prudentiaæ documento  
                       admirationem regis in se convertisset: de-  
                       lata sibi optione petendi, si quid animo  
                       concepisset: ingemiscens patriæ ruinis,  
                       copiam restituenda urbis poposcit, me-  
                       ruitque a rege, ut sub Regulis ac Prä-  
                       fidibus imperaret, ut ædificationem sa-  
                       cræ ædis, præbitis impendiis matura-  
                       rent. Ita templum quadriennio consum-  
                       matum, sexto post anno quam Darius  
                       regnare coepérat: idque Judæis satis vi-  
                       sum: & quia magnæ molis erat urbem re-  
                       stituere, diffisi viribus, opus multi labo-  
                       ris incipere non ausi, templo contineban-  
                       tur.

Per idem tempus Esdras, scriba legis, post  
 viginti fere annos, quam templum fuerat  
 consummatum, defuncto jam Dario, qui  
 unum de viginti annis rerum fuerat poti-  
 tus

*Ante Christ.* tus, permisso Artaxerxis secundi, non illius, qui inter duos Xerxes fuit, sed hujus, qui Dario Ocho successerat, Babyloniam profectus est: multique eum secuti Hierosolymam pervenere; vasa quoque diversi operis, & dona, quæ rex templo Dei miserat, cum duodecim Levitis. Vix enim hic numerus ex illa tribu repertus traditur. Is cum deprehendisset, Judæos gentilium conurbis permixtos: multis increpitos, renuntiare istiusmodi matrimoniis, ac filios ex his suscepitos extrudi jubar, omnesque dicto paruere. Purgatus populus veteris legis ritum agebat.

Erat ea tempestate apud Babyloniam Nehemias, minister regius, gente Judæus, Artaxerxi merito obsequiorum carissimus. Is Judæos procontatus, quis paternæ urbis status esset, ubi comperit, in iisdem ruinis jacere patriam, totis sensibus conturbatus, cum gemitu multisque lacrymis orasse ad Deum traditur, delicta gentis suæ reputans, misericordiamque divinam efflagitans.

Igitur cum eum rex, inter epulas, moestum extra solitum animadvertiset, poposcit ab eo, causam dolorum ut exponeret. Tum ille, adversa gentis suæ, & ruinam civitatis deflere, quæ jam per annos ducentos & quinquaginta solo strata, malorum testimonium, spectaculum inimicis præberet: (rogavit, ut) daret sibi eundi & restituendæ ejus potestatem. Paruit rex piis precibus: statimque eum cum præsidio equitum, quo tutius iter age-

*Pars I.*

F

ret,

*Ante Christ.* ret, dimisit, datis ad prætores epistolis; ut necessaria præberent.

Is cum Hierosolymam pervenisset, viritim populo opus urbis distribuit; & certatim iusta omnes curabant: jamque ad medium machina processerant, quum flagrante invidia gentium, vicinæ urbes conspirant opera interrumpere. Judæosque ab adiudicando deterre. Sed Nehemias, dispositis aduersum incurantes praesidiis, nihil territus, copta explicuit: consummato que muro, & valvis portarum perfectis, per familias construendis interior domibus urbem dimensus est. Censuitque populum minime urbi parem. Neque enim amplius quam ad quinquaginta millia promiscui sexus atque ordinis reperta.

Erat ea tempestate regi in matrimonio Valis quædam, miræ femina pulchritudinis, cujus cum formam omnibus prædicaret, die quodam, cum publicum convivium dabant, adesse reginam, demōstrandæ pulchritudinis gratia, jubet. Illa vero, stulto rege consultior, pudens virorum oculis spectaculum corporis præbere, iusta abnuit. Qua contumelia barbarus animus permotus uxorem matrimonio ac regia domo depellit.

Igitur cum in locum ejus puella regis coniugio quæreretur, reperta est Heister ceteras specie vincere. Hæc Judæa, ex tribu Benjamin, utroque parente orba, a Mardochæo patrule fratre educta. Cum ad regales nuptias duceretur, mandante educatore, genus ac patriam occultavit:

ad

Ante Chrīta, admonita, ne, paternarum traditionum im-  
memor, etī in matrimonium alienigenā  
captiva succederet, gentilium cibis parti-  
ciparet.

Igitur juncta regi, brevi, ut fit, vi pul-  
critudinis, totum ejus animum facile ce-  
pit: adeo ut eam æquatam imperio, in-  
signi regio, veste purpurea donaret. Quā  
tempestate Mardochæus inter proximos  
regis erat, pro virili portione negotiorum  
familiarium curator. Is compositas a duo-  
bus spadonibus regi insidias prodiderat:  
atque ex eo carior, summisque honoribus  
donatus.

Erat ea tempestate regi Haman quidam  
perfamiliaris, quem æquatum sibi adora-  
ri more regum, præceperat. Id Mar-  
dochæus, unus ex omnibus, facere fasti-  
diens òdia Persæ in se graviter accen-  
derat.

Igitur Haman ad perniciem Hebrai ani-  
mum intendens, regem adit, affirmatque,  
esse in regno ejus hominum genus, pra-  
vis superstitionibus Deo hominibusque in-  
visum, externis legibus vivens, dignum  
exitio: rectum esse, omnes hujus gentis  
internecioni dare: exque eorum bonis  
immensas opes pollicetur. Facile id Bar-  
baro perfusum, edictum emittitur, Ju-  
dæos necandos. Missique continuo qui  
per omne regnum, ab India usque Aetho-  
piam edictum promulgarent.

Id ubi Mardochæo compertum, consciissis  
vestibus facco obvolvitur, conspersusque  
cinerē pergit ad reginam, ibique ejulatu-

*Ante Christ.* multo, cuncta questibus replet, facinus indignum, immeritam gentem perire, neque ullam pereundi causam dari. Hester lamentantis voce excitata, rem, ut erat, cognoscit. Tum vero anceps consilii, quia adeundi regem potestas non erat; etenim, more Persarum, reginæ introire ad regem, nisi arcessitæ, non licet; nec tamen, cum fuerit regi libitum, sed statuto tempore admittitur: forte tum ita evenerat, ut diebus triginta proximis, separata a conspectu regis Hester haberetur. Igitur audendum aliquid pro civibus rata, et si certa pestis adeset, pulcro in negocio occumbere parat. Invocato prius Domino, aulam regis ingreditur. At barbarus, re insolita perculsus, paulatim blandimento muliebri delinitus, postremo ad coenam reginæ perducitur, unaque cum illo Haman ille, regi carus, & Judææ genti infestus. Igitur cum jam post epulas, multis poculis, convivium calere coepisset, Hester genibus regis advolvitur, gentis suæ perniciem deprecatur. Rex vero nihil se pertenti, si quid ultra peteret, negaturum pollicetur. Tum Hester, arrepto tempore, Hamanis mortem flagitat, in ultionem gentis, quam perditam cupierat. Sed rex, amici memor, paucisper cunctatur, deliberandique gratia modicum secessit. Deinde regressus, vidit Hamanem reginæ genua complexum. Succensus ira, & appetitam reginam clamitans, morte eum affici jubet. Et tum regi compertum erat,

*Ante poenam crucis per Hamanem Mardochæo  
Christi, paratam. Ita Haman eidem cruci affigi-  
tur, omnia bona ejus Mardochæo data,  
Judæique sunt absoluti.*

Reveris in solu<sup>m</sup> patrium Judæis, rex  
Persarum Medis bellum infert, atque ad-  
versus regem eorum, Arfaxadum nomi-  
ne, acie confligit secundo eventu: per-  
emto rege, gentem imperio adjungit.  
Idem reliquis nationibus facit, præmisso  
Holoferne, quem principem militiae de-  
legerat, cum millibus peditum centum &  
viginti, equitum duodecim. Is, Cilicia  
& Arabia bello vastatis, multas urbes aut  
vi capit, aut metu in deditioñem compel-  
lit. Jamque Damascum admotus exerci-  
tus, magno Judæos terrore perculerat.  
Sed impares ad resistendum, neque ad dedi-  
tioñem acquiescentibus animis, exper-  
tis quippe usque ante captivitatis mala, ad  
templum frequentes concurrunt. Ibi com-  
muni gemitu, permixtoque ullulatu, divi-  
num auxilium implorant: satis se Domi-  
no, ob peccata vel crima, dedisse poe-  
narum, reliquiis faltem, servitio nuper  
exemtis, parceret.

Interea Holofernes, Moabitis in deditio-  
nem acceptis, adversum Judæos in socie-  
tatem belli assuntis, quum ab eorum  
principibus inquireret, quibusnam viribus  
freti Hebræi, deditioñi animos non de-  
dissent, Achior quidam comperta edisse-  
rit; Judæos Dei cultores, pio a patribus  
ritu institutos, olim in Aegypto pepen-  
dite servitum: inde divino munere edu-

*Ante Christ.* eos , ac siccatum mare pedibus emensos , postremo , omnibus gentibus devictis , habitatas majoribus terras recepisse : exinde vario rerum statu floruisse , aut concidisse , atque iterum mais emersisse : secundum merita , iratum aut placatum Deum vicis-  
tudine expertos : dum peccantes , incur-  
sionibus hostium aut captivitatibus coer-  
centur , propitio numine semper invicti . Ceterum , si praetenti tempore absque  
peccato sint , nullo modo eos posse supe-  
rari ; sin aliter se habeant , facile vincen-  
dos .

Ad hæc Holofernes , ferox multis victo-  
riis , nihil sibi invictum ratus , ira accen-  
sus , cur ex peccato potissimum Judæo-  
rum pendere illius victoria putaretur ,  
propellii Achiorem in castra Hebræorum  
jubet , ut cum his periret . quos vinci  
non posse affirmaverat . Ac tum Judæi  
montes petiverant . Ita , quibus id nego-  
tii datum , ima montium successere , ibi-  
que vincitum Achiorem reliquerunt . Quod  
ubi Judæi animadverterunt , exemptum  
vinculis in coilem perducunt . Causas rei  
quærentibus , gesta exponit , receptusque  
parem exitum oppriebatur . Is , post vi-  
ctoriam , circumcisus , Judæus factus est .  
Igitur Holofernes difficultate locorum  
comporta , quia adiri præcella non pot-  
erant , montes militibus circumdat , &  
summa cura Hebræos aquationibus pro-  
hibet ; eoque maturius obsidionem senser-  
e . Itaque vici penuria aquæ , ad Ozi-  
am principem concurrunt , proni omnes ad  
de-

*Ante  
Chrīſt.* deditioṇem. Ille vero opperendū pau-  
litper , & divinū auxiliū exspectandū  
rēspondens , quintodecimo die deditioṇis  
tempus constituit. Quod ubi Judithā  
compertum , quā viro vidua , prādives  
opibus , insignis specie , sed morib⁹ quam  
vultu illāstrior tum in caſtris erat : ar-  
ētis fuorū rebus , etiam certō ſibi exitio ,  
audendum aliquid & tentandum rata , ca-  
put comit , vultu expolitar ; comite ancil-  
la caſtra hostiū ingreditur. Statimque  
ad Holofernem deduēta , perditas reſ fuo-  
rum memorat , ſe transfugio vitæ conſu-  
luiſſe. Deinde a duce poſcit liberum ex-  
tra caſtra , nocturno tempore , egressum  
orandi gratia. Mandatum id vigilibus ,  
portarumque custodibus.

Sed ubi per triduum egrediendi ac rede-  
undi conſuetudine ſibi apud barbaros fidem  
fecit , Holofernem cupidō incessit deditio-  
nē corpore abuti. Etenim forma excel-  
lenti , Persam facile permoverat. Ita ad  
ducis tentorium per Baguam ſervum de-  
ducitur , initoque convivio barbarus mu-  
lto ſe vino obruit. Tum remotis ministris  
priusquam vim mulieri inferret , ſomno  
captus eſt. Juditha , tempore arrepto , ca-  
put hostis defecat , ſecunq[ue] aufert. Et  
cum ſecundum conſuetudinem caſtris egre-  
di crederetur , incolumis ad ſuos regref-  
ſa eſt.

Poſtero die Hebræi , caput Holofernis de  
ſuperioribus oſtentantes , eruptione facta ,  
ad caſtra hostiū pergunt. Tum vero  
barbari , ſignum pugnæ poſcentes , taber-

*Ante  
Christ.*

naculum ducis frequentes assistunt : ubi truncum corpus repertum , foeda formidine in fugam verisi , terga hostibus præbuerunt. Judæi fugientes persecuti , cæsisque multis millibus , castris ac præda potiti. Juditha summis laudibus celebrata , centum & quinque annos vixisse traditur.

383

Hæc , Ocho rege , ut opinamur , gesta sunt. Fuit autem ultra omnes cruentus , & plusquam barbaro animo. Hunc Ba-gua spado agrotantem venenis fustulit. Post eum Arses filius ejus triennio impe-rium tenuit. Darius annos quatuor.

333

Adversum hunc Alexander Macedo acie conflixit. Eo vieto Persis imperium ad-

331

ematum , quod ab initio Cyri steterat annos ducentos & quinquaginta. Alexander , viator fere omnium gentium , adiisse Hie-rosolymæ templum dicitur , ac dona in-tulisse : edixitque per omne imperium , quod sui juris efficerat , ut Judæis ibi-dem degentibus , liberum esset in patriam reverti.

324

Exacto duodecimo imperii anno , septimo postea quam Darium devicerat , apud Ba-byloniam defunctus est. Regnum amici ejus , qui simul cum illo maxima illa bel-la gesserant , partiti sunt Inde aliquanto tempore , sine usurpatione regalis suscep-tas partes procuraverunt , Arridæo quodam Philippo Alexandri fratre regnante : cui perimbecillo , verbo datum imperium vi-debatur , re autem penes eos erat , qui sibi exercitum & provincias distribuerant.

Nec

*Ante Christum.* Nec vero hic rerum status diu mansit, omnesque se reges appellari maluerunt.

## PERIODUS VII.

*Ab Aera Græca, sive Seleucidarum, ad Christi Nativitatem usque, complectens annos 312.*

312 **P**rimus in Syria post Alexandrum Seleucus rex fuit, subiecta eidem Perside ac Babylonie. Qua tempestate, Judæi annum stipendum, talenta regi trecenta argenti dabant; nec tamen per externos magistratus, sed per sacerdotes suos regebantur, patrioque ritu vivebant; donec plerique eorum, longa rursum pace corrupti, miscere omnia ditionibus, & turbare cœperunt, affectantes summum sacerdotium libidine, avaritia, & dominandi cupidine. Namque primum sub rege Seleuco, Antiochi magni filio, Oniam sacerdotem, virum sanctum atque integrum, Simon quidam, falsis apud regem criminibus insulatum, depellere nequiverat.

185 Interje<sup>c</sup>to deinde tempore, Jason frater Oniae, Antiochum regem, qui Seleuco fratri successerat, adiit, augmentum stipendii pollicens, si sibi summum sacerdotium traderetur. Et quamquam insolitus neque ante permisum cuiquam erat perpetuo sacerdotio perfungi; sollicitus tamen regis animus, atque æger avaritia, facile

*Ante Christum.* superatus est. Ita depulso Onia, Jasoni sacerdotium est mandatum. Is, foede admodum, cives patriamque laceravit. Dein

**172** cum per Menelaum quemdam, Simonis filius fratrem, promissam regi pecuniam misisset, patefacta semel ambitioni via, iisdem artibus, quibus Jason prius, Menelaus quoque sacerdotium obtinuerat. Nec multo post, cum is promissum argenti modum non reddidisset, loco pellitur, Lysimachus substituitur. Inde inter Jasonem & Menelaum foeda fuere certamina, donec Jason, profugus patria, excessit.

His initii, corruptis moribus, eo usque processum, ut plerique popularium ab Antiocho poscerent, permitti sibi more gentilium vivere. Quod cum rex potentibus annuisset, certatim pessimus quisque delubra extruere, idolis supplicare, legem profanare occuperat.

**168** Interea Antiochus rediens ab Alexandria (namque tum bellum regi Aegyptio intulerat, quod jussu Senatus & Populi Romani depositus, Paullo & Crasso Consulibus) Hierosolymam adiit. Cum discordantem superstitionibus suscepitis populum reperisset, legem Dei destruens, & his favens, qui impia sequebantur, omnia templi ornamenta detraxit, ac multa cæde vastavit. Defuncto, ut supra retulimus rege Alexandro, ab amicis ejus regnum omne divisum ac regio nomine aliquamdiu administratum est.

Ante Seleucus, post novem annos, in Syria rex  
Chrif. est appellatus, regnavitque annos duos &  
312 triginta. Post eum Antiochus filius ejus  
281 annos unum viginti. Inde Antiochus,  
262 Antiochi filius, qui & Theus cognomina-  
tus est, annos quindecim. Post hunc Se-  
leucus filius, cognomine Callinicus, an-  
nos unum & viginti. Item Seleucus, fi-  
224 lius Callinci, annos tres. Hoc defuncto,  
Antiochus frater Callinci, Asiam & Sy-  
riam tenuit, annos septem & triginta.  
Hic est Antiochus, aduersus quem Scipio,  
Africani frater, bellavit: quo bello vi-  
ctus, & imperii parte multatus est. Hic  
duos filios habuit, Seleucum & Antiochum,  
quem ob fidem Romanis dederat. Ita An-  
tiocho Magno mortuo, Seleucus ejus fi-  
lius natu minor, regnum adeptus est, sub  
quo Oniam sacerdotem a Simone insimu-  
latum diximus. Tum Antiochus a Roma-  
manis dimissus, datusque in locum ejus ob-  
ses Demetrius Seleuci regis, qui eo tem-  
pore regnabat, filius. Seleuco mortuo,  
anno imperii duodecimo, regnum frater  
Antiochus, qui Romæ ob ses fuerat, oc-  
cupavit.  
171 Is post quinquennium, quam regnare co-  
perat, ut supra docuimus, Hierosolymam  
depopulatus est. Etenim grave Romanis  
stipendium penitans; ipse, immensis sum-  
tibus, pâne necessario cogebatur pecu-  
nias rapto querere, neque ullam præ-  
dandi occasionem omittere. Post bienni-  
um deinde, pari rursum clade affectis Ju-  
dæis, ne forte frequentibus malis com-  
pul-

*Ante Christ.* pulsi, bellum sumerent, præsidium arcii imposuit. Inde sacram legem evertere aggressus, mittit edictum, ut omnes, reliquis majorum suorum traditionibus, gentilium ritu viverent. Nec defuere, qui profano imperio volentes parerent. Tum vere, fœdum spectaculum! per universam urbem, palam in plateis, diis latabatur: sacra etiam legis & prophetarum volumina igni cremata.

Ea tempestate Mathathias Johannis filius, sacerdos erat. Hic cum a regis cogereatur edicto parere, egregia constantia profana contempsens, Hebraum publice profanantem, in conspectu omnium jugulavit. Tum demum, reperto duce, facta secessio est. Mathathias, oppido egressus, multis ad eum confluentibus, speciem iusti exercitus efficerat; queis omnibus destinatum erat, adversus profanum imperium se armis tueri, & in bello potius occumbere, quam impias cerimoias exercere.

Interea Antiochus, per Græcas, quoque urbes, quæ in illius imperio erant, repertos Judæos sacrificare cogebat, inauditisque cruciatibus reluctantes afficiebat. Qua tempestate illustris illa passio septem fratrum matrisque fuit, qui omnes, cum legem Dei & instituta majorum violare suppliciis cogerentur, mori maluerunt. Ad extremum, poenas mortesque eorum comitata mater est.

Interea Mathathias moritur: vicarium exercitui, quem paraverat, ducem Judam filium substituit. Hujus ductu, adversus

*Ante Christ.* regios, frequentibus præliis prospere pugnatum. Nam primum Apollonium, dum hostium, qui magnis copiis in conflitum descenderat, cum omni exercitu delevit. Quod cum Seron quidam, qui tum Syriæ præerat, comperisset, multiplicatis legionibus Iudeam aggressus, ferrox quia numero præstabat; ubi in certamen descensum, fatus ac fugatus, octingentis ferme amissis, in Syriam regressus est. Id ubi compertum est Antiocho, ira & dolore succensus (quippe angebatur, duces suos cum magnis exercitibus devictos) auxilium per omne regnum contrahit, donativum militibus: exhaustis penitus thesauris, largitur. Etenim tum præcipue graviter pecunia inopia affectus erat. Nam deficientibus ab eo Judæis; qui ei ultra trecenta argenti talenta annua pensitaverant, præterea Græcis urbibus multisque regionibus persecutionis malo turbatis (nec gentilibus quidem pepercerauit, quos deserere inventeratas superstitiones & ad unum ritum deducere tentaverat: illis quidem, ubi nihil sancti erat, facile relinquentibus; sed tamen omnibus metu ac clade affectis) viginalia cessaverant. Quibus rebus astutus (etenim ipse olim omnibus regibus opulentior, suomet scelere inopiam persenserat) copias cum Lysia partitur, eique Syriam & bellum adversus Iudeos committit: ipse in Persas ad cogenda virginalia profectus.

*Ante Christ.* Igitur Lysias duces belli delegit, Ptolemaum, Georgiam, Doronem & Nicantom: his quadraginta millia peditum, septem equitum data. Ac primo impetu, magnum Judæis terrorem intulerunt. Tum Judas, cunctis desperantibus, suos adhortatus, forti animo descenderent in prælium: Deo fretis nihil invictum fore, saepe antea a paucioribus adversum plures bene pugnatum. Jejunio indicto, celebratoque sacrificio, in aciem descensum: fusa hostium copia; Judas castris potitus, multumque ibi auri & Tyriarum opum repertum. Namque ex Syria negotatores, nihil de victoria dubitantes, regium exercitum secuti, spe captivos mercandi præda fuere.

165 Hæc ubi Lysiae ex nunciis comperta, majore cura copias parat; annoque post, immanni exercitu Judæos aggreditur: vietus denuo, Antiochiam se recepit. Judas, pulsis hostibus, Hierosolymam regressus, purgare templum & restituere, animum intendit; quod eversum ab Antiocho, profanatumque a gentibus, fecundam lui speciem præbebat. Sed Syris arcem tenentibus, quæ contigua templo, & loci natura superior atque inexpugnabilis erat, adiri subiecta non poterant, crebis eruptionibus prohibentibus. Adversum hos Judas validissimam suorum aciem objecit. Ita opus sacræ ædis oratum, templumque muro circumdatum, constitutive, qui perpetuum præsidium armati agitarent. At Lysias, multiplicato exer-

*Ante Christ.* citu, in Judæam regressus, rursum vin-  
citur; magna clade exercitus & auxilio-  
rum, quæ eis civitatibus missa in bel-  
lum, conspiraverant.

Interea Antiochus, quem in Persidem pro-  
fectum supra memoravimus, oppidum Ely-  
num, regionis illius opulentissimum, fa-  
numque ibi situm, multo auro refertum,  
diripere conatus, confluente undique ad  
detensionem loci multitudine fugatus est:  
insuper nuntium accepit, res vel a Lysi-  
macho improspere gestas. Ita ex mero-  
re animi corporis morbo decubuit. Sed  
cum internis doloribus angeretur, remi-  
niscens malorum, quibus populum Dei  
vexaverat, merito sibi illa accidisse con-  
siderabatur. Deinde post paucos dies mori-  
tur, cum regnasset annos undecim, An-  
tiocho filio regnum reliquit, cui Eupator  
nomen fuit.

Ea tempestate Judas Syros in arce pos-  
tos obsidebat; qui cum fame atque ino-  
pia afficerentur, missis ad regem nuntiis,  
præsidium implorant. Ita Eupator cum  
centum millibus peditum, & equitum vi-  
ginti millibus, suis sublido venit: præ-  
164 euntibus aciem cum ingenti terrore, ele-  
phantis. Tum Judas, laxata obſidione,  
regi obviam tendit; primoque prælio Sy-  
ros fundit. Rex petit pacem: qua quia  
infido ingenio male usus, perfidiam con-  
secuta ultio. Nam Demetrius Seleuci fi-  
lius, quem Romanis obſidem datum fu-  
stra memoravimus, ut audivit Antiochum

*Ante Christum* dececessisse, petivit, ut se in regnum remitterent. Quod cum ei negatum fuisset, clam Roma profugit, in Syriam venit, regnumque occupavit: Antiocho filio, qui annum unum & menses sex regnaverat, interfecto.

162 Hoc regnante, primum Judæi a populo Romano amicitiam fœdusque petiere: benignaque excepta legatio, decreto Senatus socii atque amici appellati. Interim Demetrius adversus Judam, per duces suos bellum gerebat. Ac primum, per Bachidem quendam & Alcimum Judæum, ductus exercitus: post Nicanor bello praepositus, in prælio occubuit. Tum Bachides & Alcimus, resumtis, viribus, aetisque copiis, adversum Judam confidunt. In ea pugna victores Syri, cruentate admodum victoria sunt usi.

160 Hebrai in locum Judæi Jonathan, fratrem ejus, deligunt. Interea Alcimus cum fœde Hierosolymam vastasset, moritur. Bachides socio destitutus, ad regem redit. Dein post biennium rursus Bachides bellum Judæis intulit, vixius pacem petit, quæ propositis conditionibus data, si perfugas captivosque & omnia bello raptâ, redderet.

153 Dum hæc intra Judæam geruntur, adolescentis quidam Rhodi educatus, nomine Alexander, Antiochi se esse filium falso dictitans, adjutus opibus Ptolemæi Alexandrini, in Syriam cum exercitu venit; 151 Demetrium, bello superatum, occidit, cum regnasset annos duodecim. Hic Ale-

Ante  
Christ.

xander , priusquam adversus Demetrium configeret , foedus cum Jonatha fecerat , eumque veste purpurea & insignibus regiis donaverat , ob quod eum Jonathas auxiliis juvarat , victoque Demetrio primus otionium congratulatum occurrerat . Necque postea Alexander datam fidem violavit . Ita quinquennio , quo rerum potitus est , res Iudaorum tranquilla fuerunt .

**150** **148** Igitur Demetrius Demetrii filius , qui post mortem patris Cretam configerat , hortante Lasthene Cretensum duce , regnum patrium bello repetens , impar viribus , Ptolemæum Philometorem regem Aegypti Alexandri sacerum , jam tum genero infestum , ut sibi sit auxilio , implorat . Ille vero non tam supplicis precibus , quam spe Syriae occupandæ illectus , copias cum eo jungit , ac filiam , Alexandro nuptam , dat Demetrio . Adversus hos Alexander acie configit . Eo prælio Ptolemæus cadit , Alexander vincitur , & paulo post interficitur , cum regnasset annos quinque , vel ut in plerisque auctoribus reperi , novem . Demetrius regnum indeptus , Jonatham benigne habuit ; fœdus cum eo fecit , iudeos legibus suis reddidit .

**143** Interea Tryphon , qui partium Alexandri fuerat , præfectus Syriae , regno inhians , contra Jonathan in prælium descendit . ( Erat autem Jonathas ) terribilis quadraginta millium exercitu . Tryphon , ubi se imparem cernit , pacem simulat receptumque in amicitiam , invitatumque Ptolemaidem interfecit . Post Je-

*Ante* nathan summa rerum ad Simonem fratrem  
*Chrīſt.* defertur. Is funus fratri magnifice cura-  
vit, septemque illas pyramides nobilissimi  
operis exstruxit, in quibus & fratrum &  
patris ossa condidit.

Tum Demetrius, reſecto cum Judæis fœ-  
dere, contemplatione clavis a Tryphone  
illatae (nam post Jonathæ necem urbes  
142 eorum atque agros bello vallaverat) an-  
nua eis vētigalia in perpetuum remittit.  
Etenim usque ad id tempus regibus Sy-  
riæ, niſi cum armis resiſterent, ſtipendi-  
um penſitaverant. Id gemitum Demetrii re-  
gis anno ſecundo, quod ideo signavimus,  
quia usque in hunc annum, per tempora  
Asianorum regum cucurrimus, ut ratio  
temporum digeſta luceret. Nunc autem  
per tempora eoram, qui Judæis vel pon-  
tifices, vel reges fuerunt, usque ad Chri-  
ſti nativitatem rerum ordinem dige-  
mus.

Igitur post Jonathan, Simon frater ejus,  
ut ſupra dictum eſt, Hebreis præfuit  
jure Pontificis; id enim ei, tum a ſuis,  
tum & a populo Romano, honoris delatum.  
Hic cum ſecundo Demetrii regis anno ci-  
vibus præfeſſe coepiſſet, poſt octo annos  
135 infidiis Ptolemaei circumventus occubuit.  
Huic Joannes filius ſuccellit: qui cum ad-  
verſum Hyrcanos, gentem validiſſimam  
egregie pugnaſſet, Hyrcani cognomen ac-  
cepit. Mortuus eſt annos ſex & viginti  
107 rerum potitus.

Post

*Aucte  
Christ.* Post hunc Aristobulus pontifex substitutus primus omnium post captivitatem regium nomen assumxit, capitique diadema impo-  
suit. Exacto anno diem functus est. Ale-  
xander deinde frater ejus, rex pariter &  
pontifex fuit. Regnavit annos septem &  
viginti, in cujus actibus nihil præter cru-  
delitatem memoria dignum reperi. Hic  
cum Aristobulum & Hyrcanum parvos fi-  
lios reliquisset, Salome sive Alexandra  
uxor ejus, regnum per novem annos te-  
nuit. Post hujus obitum seda inter fra-  
tres de regno certamina. Ac primum Hyr-  
canus imperium obtinebat; mox ab Ari-  
stobulo fratre pulsus, confugit ad Pompe-  
jum, qui tum Mithridatico bello confecto,  
pacataque Armenia & Ponto, victor om-  
nium Gentium, quas adierat, introrsum  
pergere, & vicina quæque Romano im-  
perio adjungere cupiens, causas belli &  
materiam vincendi quærebat.

63 Igitur Hyrcanum libens excepit, ductu-  
que ejus Judæos aggreditur: urbe capta at-  
que arce, templo pepercit: Aristobulum vin-  
ctum Romam mittit: Hyrcano jus pontifi-  
catus restituit: impositoque Judæis stipen-  
dio, procuratorem eis Antipatrum quem-  
dam Ascolonitem præposuit. Hyrcanus  
quatuor & tringita annos rerum potitus,  
dum adversum Parthos bella gerit, capi-  
tur. Tum Herodes alienigena, Antipa-  
tri Ascalonitæ filius, regnum Judææ a  
Senatu & Populo Romano pettit, acce-  
pitque. Hunc primum Judæi externum  
regem cœperunt habere. Etenim iam

29

*Ante Christ.* adventante Christo, necesse erat, secundum vaticinia prophetarum suis eos dubibus privari, ne quid ultra Christum expectarent.

*Annus urbis conditae.* Sub hoc Herode, anno imperii ejus tertio & tricesimo, CHRISTUS NATUS EST. Herodes post nativitatem Domini regnavit annos quatuor. Post quem Archelaus tetrarcha annis novem, Herodes (*antipas*) annos viginti & quatuor.

I.

## PERIODUS VIII.

*Ab Iesu Christi nativitate usque ad Constantium M. primum Imperatorem christianum complectens annos 324.*

*Annus Christi* **H**oc regnante, anno regni octavo & decimo, DOMINUS CRUCIFIXUS EST. Paulus Romam deduxsus, Nerone imperante: qui, non dicam regum, sed omnium hominum, & vel immanium bestiarum sordidissimus, dignus exstitit, qui persecutionem in Christianos primus inciperet. Hujus vitia ut plenius exponerem, res admonebat, nisi non esset hujus operis tam vasta ingredi: id tantum annotasse contentus sum, hunc per omnia foedissima & crudelissima eo proceßisse, ut matrem intericeret; reliqua vero ejus, incertum est, pigeat, an pudeat magis, differere. Hic primus Christianum nomen tollere aggressus est. Quippe semper inimica virtutibus

33

vi-

*Post Christ.* vitia sunt, & optimi quique ab improbis quasi exprobrantes adspiciuntur. Namque eo tempore divina apud Urbem religio in-  
valuerat, Petro ibi episcopatum gerente,  
& Paulo, posteaquam ab injusto præsidis  
judicio Cæfarem appellaverat, Romanum  
deducto. Ad quem tum audiendum plu-  
res conveniebant, qui veritate intellecta  
virtutibusque Apostolorum, quas tum cre-  
bro ediderant, permoti, ad cultum Dei  
fese conferebant.

Etenim tum illustris illa adversus Simonem Petri ac Pauli congressio fuit. Qui cum magicis artibus, ut se deum probaret, duobus suffultus dæmoniis evolasset, orationibus Apostolorum fugatis dæmonibus, delapsus in terram, populo inspectante, disruptus est. Interea abundante jam Christianorum multitudine accidit, ut Roma incendio conflagraret, Nerone apud Antium constituto. Sed opinio omnium, invidiam incendi in Principem retorquebat, credebaturque Imperator gloriam innovandæ urbis quæsisse. Neque ulla re Nero efficiebat, quin ab eo iussum incen-  
dium putaretur.

Igitur vertit invidiam in Christianos, atque in innoxios crudelissimæ quæstio-  
nes: quin & novæ mortes excogitatæ.  
ut ferarum tergis contecti laniatu canum  
interirent. Multi crucibus affixi, aut  
flamma usi. Plerique in id reservati,  
ut cum defecisset dies, in usum nocturni  
luminis uerentur. Hoc initio in Chri-  
stianos senviri coeptum. Post etiam, da-

*Poſt  
Chrift.* tis legibus , religio vetabatur , palam-  
que edictis propolis , Christianum effe-  
non licebat. Tum Paulus ac Petrus ca-  
pitis damnati : quorum uni cervix gladio  
desecta , Petrus in crucem sublatus est.  
Dum hæc Romæ geruntur , Judæi , præ-  
fidis sui Festi Flori injurias non ferentes ,  
rebellare coeperunt. Adversus eos Ve-  
spasianus , proconsulari imperio a Nerone  
missus , multis gravibusque præliis devi-  
tos coegit intra muros Hierosolymæ con-  
fugere. Interim Nero jam etiam sibi pro  
conscientia scelerum invitus , humanis re-  
bus eximitur : incertum an ipse sibi mor-  
tem conciverit.

68 Igitur post excessum Neronis Galba im-  
perium rapuit ; mox Otho , Galba interfe-  
cto , occupavit. Tunc Vitellius , fretus ex-  
ercitibus , quibus in Galliis prærerat , ur-  
bem ingressus , Othonem interfecit , sum-  
mam rerum usurpavit :

69 quæ posteaquam ad Vespasianum delata , licet malo exem-  
plo , bono tamen affectu Reipublicæ ab  
improbis vindicandæ , cum Hierosolymam  
obsideret , sumit imperium : & ut mos  
est , diademate capiti imposito , ab exer-  
citu imperator consalutatus , Titum filium

70 Cæsarem facit ; eidem pars copiarum , &  
obsidenda Hierosolymæ negotium datum.  
Vespasianus Romanum profectus , summo fa-  
vore Senatus & Populi receptus , cum  
Vitellius imperfectus fuisset , imperium con-  
firmavit.

Post Christ. Interea Judæi obfidence clausi, quia nulla neque pacis, neque deditio[n]is copia dabatur, ad extre[m]um fame interibant; passimque viae oppleri cadaveribus coepere, victo jam officio humandi. Quin omnem corporibus pepercerunt, nisi quæ e[st]iusmodi alimentis tabes præripuerat. Igitur, defessis defensoribus, irrupere Romanorum agri aliisque Judææ oppidis multitudo convenerat. Nimirum ita Deo placitum, ut eo tempore, quo Dominum cruci afficerat, gens impia internecioni daretur. Pharisei aliquantis per pro templo accerimæ restiterunt: donec obstinati ad mortem animis, ultro se subiectis ignibus intulerunt.

Numerus parentorum ad undecies centena millia refertur; capta vero centum millia ac venundata. Fertur Titus, adhibito consilio, prius deliberasse, an templum tanti operis everteret. Etenim non nullis videbatur, ædem sacratam, ultra omnia mortalia illustrem, non debere deleri: quæ servata, modestia Romanæ testimoniun, diruta perennem crudelitatis notam præberet. At contra alii, & Titus ipse, evertendum templum imprimis censabant, quo plenius Judeorum & Christianorum religio tolleretur; quippe has religiones, licet contrarias sibi, iisdem tam auctoribus profetas, Christianos ex Judæis exsiliisse: radice sublata, stirpem facile perituram. Ita, Dei nutu, accen-

*Poss  
Christi.*

sis omnium animis, templum dirutum, ab hinc annos trecentos triginta & unum. Atque haec ultima templi eversio, & postrema Iudaeorum captivitas, qua extores patria, per orbem terrarum dispersi cernuntur, quotidie mundo testimonio sunt, non ob aliud eos, quam ob illatas Christo impias manus, suffe punitos: nam saepe alias, cum propter peccata captivitatibus traderentur, nunquam tamen ultra septuaginta annos servitutis poenam penderunt.

90 Interjecto deinde tempore Domitianus, Vespasiani filius, perfecutus est Christianos. Quo tempore Joannem Apostolum atque Evangelistam in Pathnum insulam relegavit: ubi ille arcanis sibi mysteriis revelatis, librum sacrae Apocalypsis (qui quidem a plerisque aut stulte aut impie non recipitur) conscriptum edidit. Non multo deinde intervallo tertia persecutio

107

per Trajanum fuit, qui cum tormentis & quaestionibus nihil in Christianis morte aut poena dignum reperisset, saviri in eos ultra vetuit. Sub Adriano deinde Judaei rebellare voluerunt. Syriam ac Palæstinam diripere conati; missaque exercitu subacti sunt. Qua tempestate Adrianus existimans se Christianam fidem, loci injuria perempturum, in templo, ac loco Dominicae Passionis, dæmonum simulacra constituit, & quia Christiani ex Iudeis potissimum putabantur (namque tum Hierosolymæ, nonnisi ex circumcisione,

135

ha-

*Post Christ.* habebat Ecclesia sacerdotem) militum cohortem custodias in perpetuum agitare jussit, quæ Judæos omnes Hierosolymæ aditu arceret. Quod quidem Christianæ fidei proficiebat; quia tum pene omnes Christum Deum, sub legis observatione, credebant. Nimirum id Domino ordinante dispositum, ut legis servitus a libertate fidei atque Ecclesiæ tolleretur. Ita tum primum Marcus ex gentibus, apud Hierosolymam Episcopus fuit.

118 Quarta sub Adriano persecutio numeratur, quam tamen post exerceri prohibuit, injustum esse pronuntians, ut quisquam sine crimine reus constitueretur. Post Adrianum, Antonino Pio imperante, pax Ecclesiis fuit. Sub Aurelio deinde, Antonini filio persecutio quinta agitata.

202 Ac tum primum inter Gallias martyria visa, serius trans Alpes; de religione

236 suscepit. Sexta deinde, Severo imperante, Christianorum vexatio fuit, quo tempore Leonidas, Origenis pater, sacrum in martyrio sanguinem fudit. Interiectis deinde annis octo & tringita, pax Christianis fuit: nisi quod medio tempore Maximinus nonnullarum ecclesiarum clericos vexavit. Mox Decio imperante, jam tum septima persecutione sævitum in Christianos. Inde Valerianus octavus Sanctorum hostis fuit.

250 257 202 Post eum, interiectis annis fere quinquaginta, Diocletiano & Maximiniano imperantibus, acerbissima persecutio exorta,

*Post  
Christ.* quæ per decem continuos annos plebem Dei depopulata est. Qua tempestate omnis fere sacro martyrum croure orbis infectus est. Quippe certatim gloria in certamina rubeatur, multoque avidius tum martyria gloriose mortibus quærebantur, quam nunc Episcopatus pravis ambitionibus appetuntur. Nullis unquam magis bellis mundus exhaustus est: neque maiore unquam triumpho vicimus, quam cum decem annorum stragibus vinci non potuimus. Sed finis persecutionis fuit; a quo tempore Christiani imperatores esse cœperunt.

306 Namque tum Constantinus rerum potiebatur, qui primus omnium Romanorum principum Christianus fuit. Sane tum Lici-nius, qui adversum Constantinum de imperio certavit, milites suos litare præceperat: abnuentes militia rejiciebat. Sed id inter persecutions non computatur: adeo res levioris negotii fuit, quam ut ad Ecclesiarum vulnera perveniret.

324 Hoc temporum tractu mirum est, quantum invaluerit religio Christiana. Tum siquidem Hierosolyma, horrens ruinis, frequentissimis ac magnificentissimis Ecclesiis est adornata, namque Helena, mater principis Constantini, quæ Augusta cum filio conregnabat, cum Hierosolymam agnoscere concupisset, reperta ibi idola ac templa protrivit: mox usq[ue] regni viribus, basilicas in loco Dominicae Passionis, & Resurrectionis, & Ascensionis-

*Post  
Christ.* sionis constituit. Ejusdem Reginæ beneficio, Crux Domini tum reperta, quæ neque in principio, obſtentibus Judæis, potuerat consecrari, & postea, dirutæ civitatis oppresa ruoeribus, nonniſi tam fideliter requirenti meruit ostendi. Igitur Helena primum de loco Paſſionis certior facta, admota militari manu, atque omnium provincialium multitudine in ſtudia reginæ certantium, effodi terram & contigua quæque ac vastiflma ruinarum purgari jubet: mox pretium fidei & laboris tres pariter cruces, ſicut olim Domino ac latronibus duobus fixæ fuerant, reperiuntur.

Hic vero major dignoscendi patibuli, in quo Dominus pependerat, difficultas, omnium animos mentesque turbaverat; ne errore mortalium forsitan pro Cruce Domini latronis patibulum consecrarent. Capiunt deinde consilium, ut aliquem recens mortuum crucibus admoverent. Nec mora, quaſi Dei nutu, funus exſtincti ſolemnisbus exequiis deferebatur, concursuque omnium feretro corpus eripitur. Duabus prius fruſtra crucibus admotis, ubi Christi patibulo attactum eit, dictu mirabile! trepidantibus cunctis, funus excuſum, & inter ſpectatores ſuos adſtitit. Crux reperta, dignoque ambitu consecrata.

*Ex Sulpicii Severi Historia Sacra  
Excerptorum Finis.*



EX  
EVTRROPIO  
EXCERPTA.

PERIODUS I.

Roma sub regibus,  
five

Infantia urbis æternæ, complectens annos

244.

Anni  
ante  
Obri-  
stum.

753

Romanum imperium a Romulo exordium habet, qui Martis & Rheæ Silviæ, Vestalis virginis, filius cum Remo fratre, uno partu, editus est. Is cum inter pastores latrocinaretur, octodecim annos natus, urbem exiguum in Palatino monte constituit. Condita civitate, quam ex nomine suo Roman vocavit, hæc fere egit. Multitudinem finitimarum in civitatem recepit; centum ex senioribus elegit, quorum consilio omnia ageret; quos Senatores nominavit propter senectutem. Tunc, cum

uxo-

*Anno  
Christi.* uxores ipse & populus suus non haberent invitavit ad spectaculum ludorum vicinas urbis nationes, atque earum virgines rapuit. Commotis bellis propter raptarum injuriam, Cæninienses vicit, Sabinos, Venientes, (& gentes alias, quarum oppida urbem cingunt.) Et cum, orta subito tempestate, non comparuissest, ad Deos transisse creditus est.

714 Postea Numa Pompilius rex creatus est; qui bellum quidem nullum gessit; sed non minus Civitati, quam Romulus, profuit. Nam & leges Romanis, moresque constituit, qui consuetudine præliorum jam latrones ac semibarbari putabantur. Infinita Romæ sacra ac templa constituit. Merbo decessit, quadragesimo tertio imperii anno.

671 Huic successit Tullus Hostilius. Hic bella reparavit; Albanos vicit, Urbem ampliavit; adjecto Cœlio monte. Cum triginta duobus annis regnasset, fulmine iecus, cum domo sua arsit.

639 Post hunc Ancus Marcius, Numæ ex familia nepos, suscepit imperium. Contra Latinos dimicavit: Aventinum montem Civitati adjectit, & Janiculum: apud Ostium civitatem supra mare condidit.

615 Deinde regnum Priscus Tarquinius accepit. Hic numerum Senatorum duplicavit, Circum Romæ ædificavit, ludos Romanos instituit, qui ad nostram memoriam permanent. Primusque triumphus Urbem intravit, muros fecit, & cloacas,

Ca-

*Ante Christ.* Capitolium inchoavit: per Anci filios occisus est.

577 Post hunc Servius Tullius suscepit imperium, genitus ex nobili femina, captiva tamen, & ancilla. Hic quoque montes tres Urbi adjunxit, fossas circum murum duxit: primus omnium censum ordinavit. Occisus est scelere generi sui Tarquinii, filii ejus regis, cui ipse succeperat: & filia sua, quam Tarquinius habebat uxorem.

533 Lucius Tarquinius Superbus, septimus atque ultimus Regum, Ardeam oppugnans, imperium perdit. Nam cum filius ejus Tarquinius junior nobilissimæ feminæ Lucretiae atque pudicissimæ, Collatini uxori (vim intulisset, ) eaque de injuria marito, & patri, & amicis questa fuisse, in omnium conspectu se occidit; propter quam caussam Brutus, parens, & ipse Collatinus populum concitatavit, & Tarquinio ademit imperium. Mox exercitus quoque eum, qui civitatem Ardeam cum ipso Rege oppugnabat, reliquit: veniensque ad Urbem Rex, portis clausis exclusus est; cumque uxore & liberis suis fugit.

## PERIODUS II.

*Roma sub Consulibus,  
sive  
Adolescentia juvenilisque etas urbis aeternæ,  
complectens annos 245.*

*Ante* **H**inc Consules cœpere pro uno Rege Christ. duo hac caussa creari, ut si unus malus esse voluisse, alter eum, habens potestatem similem, coerceret. Et placuit, ne imperium longius, quam annum haberent, ne per diurnitatem potestatis insolentiores redderentur, sed civiles semper essent, qui se post annum scirent futuros esse privatos. Fuerunt igitur anno primo, expulsis Regibus, Consules Lucius Junius Brutus (qui maxime egerat, ut Terquinius pelleretur) & Tarquinius Collatinus, maritus Lucretiae: sed Tarquinio Collatino statim sublata dignitas est, planuerat enim, ne quisquam in urbe manaret, qui Tarquinius vocaretur. Ergo, accepto omni patrimonio suo, ex urbe migravit, & loco ipsius factus est Valerius Publicola Consul.

Commovit tamen bellum urbi Romæ Rex Tarquinius, qui fuerat expulsus: & collectis multis gentibus, ut in regnum posset restitui, dimicavit. In prima pugna Brutus Consul, & Aruns Tarquinii filius, invicem se occiderunt. Romani tamen ex ea pugna victores recesserunt. Brutum Romanæ matronæ, defensorem pudicitiae

*Ante  
Christ.*

tiæ suæ , quasi communem patrem , par annum luxerunt . Secundo quoque anno iterum Tarquinius , ut reciparetur in regnum , bellum Romanis intulit , auxilium ei ferente , Porlена Tusciae Rege , & Roman pene cepit . Verum tum quoque vietus est . Tertio anno post Reges exactos , Tarquinius , cum suscipi non posset in regnum , Tusculum se contulit , atque ibi per quatuordecim annos privatus cum uxore consenuit .

Nono anno post Reges exactos , cum gener Tranquillii , ad injuriam loceri vindicandam , ingentem collegisset exercitum , nova Romæ dignitas est creata , quæ Dictatura appellatur ; major quam Consulatus . Eodem anno etiam Magister Equitum factus est ; qui Dictatori obsequetur . Octavo decimo anno post ejecitos reges expulsus ex Urbe Quintus Marcius dux Romanorum , qui Coriolos ceperat . Volscorum civitatem , ad ipsos Volscos contendit iratus , & auxilia contra Romanos accepit , Romanosque sæpe vicit , usque ad quintum milliarium Urbis accessit , oppugnaturus etiam patriam , legatis , qui pacem petebant , repudiatis ; nisi ad eum mater Veturia & uxor Volumnia ex Urbe venissent ; quarum fletu & deprecatione superatus , removit exercitum . Atque hic secundus post Tarquinium fuit , qui dux contra patriam suam esset .

479 Cæsone Fabio & Tito Virginio Consulibus , trecenti nobiles homines , qui ex Fabia familia erant , contra Vejentes bellum

*Ante  
Christ.*

lum soli suscepserunt, promittentes Sena-  
tui & Populo, per se omne certamen  
implendum. Itaque profecti, omnes no-  
biles, & qui singuli magnorum exerci-  
tuum duces esse deberent, in prælio con-  
siderunt. Unus omnino superfuit ex tan-  
ta familia, qui propter ætatem puerilem  
duci non potuerat ad pugnam. Sequenti  
anno cum in Algido monte, ab Urbe duo-  
decimo ferme milliario Romanus obside-  
retur exercitus, Lucius Quinctius Cincin-  
natus Dictator est factus: qui agrum qua-  
tuor jugerum possidens, manibus suis co-  
lebat. Is cum in opere & arans esset in-  
ventus; sudore deterso, togam prætex-  
tam accepit, &, cælis hostibus, libera-  
vit exercitum.

451 Anno trecentesimo, & altero ab urbe con-  
dita, imperium consulare cessavit, & pro-  
duabus Consulibus decem facti sunt, qui  
summan potestatem haberent, Decemviri  
nominati. Sed cum primo anno bene  
egissent, secundo unus ex iis Appius Clau-  
dius, Virginii cuiusdam, qui contra Latini-  
nos in monte Algido militabat filiam vir-  
ginem corrumpere voluit: quam pater oc-  
cidit, ne (infamiam) a Decemviro susti-  
neret; & regressus ad milites, movit tu-  
multum. Sublata est Decemviris potestas,  
ipsique dannati sunt.

449 361 Titus Quinctius Dictator adversus Gallos,  
qui in Italiam venerant, missus est. Hi  
ab Urbe quarto milliario trans Anienem  
fluvium confederant. Nobilissimus de Se-  
natoribus juvenis, Titus Manlius, provo-

*Ante  
Christ.*

cantem Gallum , ad singulare certamen progressus , occidit : & sublato torque aureo , colloque suo imposito , in perpetuum Torquati sibi & posteris cognomen accepit . Galli fugati sunt : mox per Cajum Sulpicium Dictatorem etiam vieti . Non multo post , duce Lucio Furio Camillo , quidam ex Gallis unum ex Romanis , qui esset optimus , provocavit . Tum se M. Valerius Tribunus Militum obtulit : & , cum processisset armatus , corvus ei supra dextrum brachium sedidit . Mox commissa adversus Gallum pugna idem corvus alis & unguibus Galli oculos verberavit , ne rectum posset adspicere , ita ut a Tribuno Valerio interfectus , non solum victoriā ei , sed etiam nomen dederit : nam postea idem Corvus est dictus ; ac propter hoc meritum annorum trium & vinti Consul est factus .

349

325

Jam Romani potentes esse cœperunt ; Bellum enim in centesimo & tricesimo fere millario ab Urbe apud Samnites gerebatur . L. Papirius Cursor cum honore Dictatoris ad id bellum profectus est . Qui , cum Romam redisset , Q. Fabio Maximo , Magistro Equitum , quem apud exercitum reliquit , præcepit , ne se absente pugnaret . Ille , occasione reperta , felicissime dimicavit , & Samnites delevit , ob quam rem a Dictatore capitulis damnatus , quod , se vetante , pugnasset , ingenti favore militum & populi liberatus est . Eo tempore Appius Claudius Censor aquam Claudiam induxit , & viam Appiam stravit .

Eo-

*Ante  
Chrīſt.* Eodem tempore Tarentinis, qui jam in ultima Italia sunt, bellum indicium est; quia legatis Romanorum injuriam fecissent. Hi Pyrrhum, Epipi Regem, contra Romanos in auxilium poposcerunt, qui ex genere Achillis originem trahebat. Is mox ad Italiam venit; tumque primum Romanī cum transmarino hoſte dimicaverunt. Missus est contra eum Consul P. Valerius Lævinus: qui cum exploratores Pyrrhi cepisset, jussit eos per caſtra duci, ostendi omnem exercitum, tumque dimitti, ut renuntiarent Pyrrho, quæcumque a Romanis agerentur. Commissa mox pugna, cum iam Pyrrhus fugeret, elephantaſtorum auxilio vicit; quos incognitos Romanī expaverunt: sed nox prælio finem dedit. Lævinus tamen per noctem fugit. Pyrrhus Romanos mille octingentos cepit, eosque ſummo honore traſlavit; occifos ſepelivit. Quos cum adverſo vulnere & truci vultu, etiam mortuos, jacere vidif-ſet, tulisse ad coelum manus dicitur, cum hac voce: „Se totius orbis dominum eſſe „potuiffe, ſi tales ſibi milites contigil- „ſent..” Postea Pyrrhus junctis ſibi Samnitibus, Lucanis, Brutisque, Roman perrexit, omnia ferro igneque vastavit: Campaniam depopularis eſt; atque ad Preneste ve- nit, miliario ab Urbe octavo decimo. Mox terrore exercitus, qui cum Consule ſequebatur, in Campaniam ſe recepit. Legati ad Pyrrhum de redimendis capti- viſſi, ab eo honorifice ſucepti ſunt: ca-

*Ante Christi* ptivos sine pretio Romam misit. Unum ex legatis Romanorum Fabricium sic admiratus est, ut cum eum pauperem esse cognovisset, quarta parte regni promissa, sollicitare voluerit, ut ad se transiret, contemtusque a Fabricio est.

Quare cum Pyrrhus ingenti Romanorum admiratione teneretur, legatum misit, qui pacem æquis conditionibus peteret, præcipuum virum, Cineam nomine; ita ut Pyrrhus partem Italæ, quam jam armis occupaverat, obtineret. Pax displicuit, remandatumque Pyrrho a Senatu est, eum cum Romanis, nisi ex Italia recessisset, pacem habere non posse. Tum Romani jusserunt captivos omnes, quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi, quod armati capi potuissent: nec ante eos ad veterem statum reverti, quam si binorum hostium occisorum spolia retulissent. Ita legatus Pyrrhi reversus est. A quo cum quereret Pyrrhus, qualem Romam compierisset; Cineas dixit: „Regum se patriam vidisse: scilicet tales illic fere omnes, qualis unus Pyrrhus apud Epirum & reliquam Græciam putaretur.“ Missi sunt contra Pyrrhum duces P. Sulpicius, & Decius Mus, Consules, Certamine commisso, Pyrrhus vulneratus est, elephanti interfecisti: viginti millia hostium cæsa, & ex Romanis tantum quinque millia. Pyrrhus Tarentum fugatus. Interjecto anno, contra Pyrrhum Fabricius est missus; qui prius inter legatos sollicitari non potuerat, quarta regni parte

*Ante Christ.* te promissa. Tum , cum vicina castra ipse & Rex haberent , medicus Pyrrhi ad eum nocte venit , promittens veneno Pyrrhum occisurum , si quid sibi polliceretur. Quem Fabricius vincitum reduci jussit ad dominum , Pyrrhoque dici , quæ contra caput ejus medicus spopondisset. Tunc Rex admiratus , dixisse fertur : „ Ille est Fabricius , qui difficilis ab honestate , quam sol a cursu suo averti potest.“ Tunc Rex in Siciliam protectus est. Fabricius , victis Samnitibus & Lucanis , triumphavit. Consules deinde Curius Dentatus , & Cornelius Lentulus , adversum Pyrrhum missi sunt. Curius contra eum pugnavit: exercitum ejus cecidit , ipsum Tarentum fugavit , castra cepit. Ea die cæsa hostium viginti tria millia. Curius in consulatu triumphavit. Primus Romam elephantes quatuor duxit. Pyrrhus etiam a Tarento mox recessit , & apud Argos , Græciae civitatem , occisus est.

275

## PERIODUS III.

*Roma de exteris hostibus victrix ,  
five  
Virilis ætas urbis æternæ complectens an-*  
*nos 220.*

264 **L**ucio Cæilio Metello , Cajo Furio Paccilio Consulibus , Metellus in Sicilia Afrorum ducem , cum centum & triginta ele-

*Ante  
Christ.*

elephantis, & magnis copiis venientem, superavit, viginti millia hostium cecidit, sex & viginti elephantos cepit; reliques errantes, per Numidas, quos in auxilium habebat, collegit, & Romanam deduxit ingenti pompa, cum centum & triginta elephantorum numerus omnia itinera compleret. Deinde Carthaginenses, Regulum ducem, quem ceperant, petierunt, ut Romanam proficisceretur, & pacem a Romanis obtineret ac permutationem captivorum ficeret. Ille Romanam cum venisset, inductus in Senatum, nihil quasi Romanus egit: dixitque, se ex illa die, qua in potestatem Afrorum venisset, Romanum esse desisse. Itaque & uxorem a complexu removit, & Romanis suavit, ne pax cum Poenis fieret. Illos enim frateros tot casios, spem nullam habere: se tanti non esse, ut tot millia captivorum propter unum se, & senem, & paucos, qui ex Romanis capti fuerant, redderentur. Itaque obtinuit. Nam Afros pacem petentes nullus admisit: ipse Carthaginem rediit: offerentibusque Romanis, ut eum Romæ tenerent, negavit, se in ea urbe mansurum, in qua, postquam Afri servierat, dignitatem honesti civis habere non posset. Regressus igitur ad Africam, omnibus suppliciis extinctus ex.

225 Lucio Aemilio Consule, ingentes Gallorum copiae Alpes transferunt. Sed pro Romanis tota Italia consensit: traditumque est a Fabio Historico, qui ei bello interfuit, octoginta millia hominum parata ad

*Ante  
Christ.*

ad id bellum fuisse. Sed res per Consul-  
em prospere gesta est; quadraginta millia  
hostium imperfecta sunt, & triumphus Ae-  
milio decretus. Aliquot deinde annis  
post, contra Gallos intra Italiam pugna-  
tum est; finitumque est bellum, Marco  
Claudio Marcello, Cnao Cornelio Sci-  
pione consulibus. Tunc Marcellus cum  
parva manu equitum dimicavit, & Regem  
Gallorum, Viridomarum nomine, manu  
sua occidit. Postea cum collegia ingentes  
kopias Gallorum peremit, Mediolanum  
expugnavit, grandem prædam Romam  
pertulit, ac triumphans Marcellus spolia  
Galli, stipiti imposita, humeris suis ve-  
xit.

218 M. Minucio Rufo, P. Cornelio Consuli-  
bus, bellum Punicum secundum Romanis  
illatum est per Annibalem, Carthaginien-  
sium ducem. Annibal, relicto in Hispa-  
nia fratre Asdrubale, Pyrenæum transit:  
Alpes, adhuc ea parte invias, tibi pate-  
fecit. P. Cornelius Scipio Annibali pri-  
mus occurrit: commissio prælio, fugatis  
suis, ipse vulneratus in castra rediit. Sem-  
pronius Gracchus & ipse confixit apud  
Trebiam amnem: is quoque vincitur. In-  
de Annibal Flaminio consuli occurrit;  
ipsum Flaminium interemit. Missus po-  
stea a Romanis Quintus Fabius Maximus.  
Is eum, differendo pugnam, ab impetu  
fregit, mox inventa occasione vicit. De-  
inde Lucius Aemilius Paullus, P. Teren-  
tius Varro, contra Annibalem mittun-  
tur, Fabioque succedunt. Qui Fabius am-

*Ante  
Christ.*

bos Consules monuit, ut Annibalem, calidum & impatientem ducem, non aliter vincerent, quam prælum differendo, verum, cum impatientia Varronis Consulis, contradicente Consule altero, apud vicum qui Cannæ appellatur, in Apulia pugnatum esset, ambo Consules ab Annibale vincuntur. Nullo punico bello Römani gravius accepti sunt. Post eam pugnam, Annibal Romanis obtulit, ut captivos redimerent: responsumque est a Senatu, eos cives non esse necessarios, qui, cum armati essent, capi potuissent. Ille omnes postea variis suppliciis interfecit, & tres modios aureorum annularum Carthaginem misit, quos e manibus equitum Romanorum, Senatorum, & militem detraxerat.

211

Ad Hispanias Publius Cornelius Scipio mittitur, filius Pubpii Scipionis, qui ibidem bellum gesserat, annos natus quadrage & viginti, vir Romanorum omnium, & tua atate. & posteriori tempore fere primus. Is Carthaginem Hispanæ capit, in qua omne aurum & argentum, & belli apparatum Afri habebant. Magonem etiam fratrem Annibalim ibidem capit, quem Romam cum aliis mittit. Romæ ingens lætitia post hunc nuntium fuit. Scipio Hispanorum obsides parentibus reddidit; quare omnes fere Hispanæ ad eum uno animo transferunt. Post queas Ascrubalem, Annibalim fratrem, victum fugat, & prædam maximam capit.

An-

*Ante  
Christ.  
204*

Anno decimo quarto, postquam in Italiam Annibal venerat, Scipio, qui multa in Hispania bene egerat, Consul est faetus, & in Africam missus: Syphacem Numidiæ Regem, qui se Afris conjunxit, capit, & castra ejus invadit. Syphax cum nobilissimis Numidis, & infinitis spoliis Romam ab Scipione mittitur. Quare audita, omnis fere Italia Annibalem deserit. Ipse a Carthaginensibus redire in Africam jubetur, quam Scipio vastabat. Ita anno decimo septimo ab Annibale Italia liberata est, quam flens dicitur reliquisse. Annibal in Africam reversus, tres exploratores ad Scipionis castra misit: quos captos Scipio circumduci per castra jussit, ostendique eis totum exercitum, mox etiam prandium dari, dimittique, ut renuntiarent Annibali, quæ apud Romanos vidissent. Interea prælium ab utroque duce instructum est, quale vix ulla memoria fuit; cum peritissimi viri copias suas ad bellum educerent, Scipio viator recedit pene ipse Annibale capto, qui primum cum multis equitibus, deinde cum viginti, postremo cum quatuor evasit. Inventa in castris Annibalis argenti pondo viginti millia, auri octingenta, cetera supelleculis copiola. Post id certamen pax cum Carthaginensibus facta est, Scipio Romam rediit, in genti gloria triumphavit, atque AFRICANUS ex eo appellari cœptus est. Finem accepit secundum punicum bellum, post annum septimum decimum, quam cœperat,

*201*

*Ante Christ.* Annibal , qui , victo Antiocho , ne Ro-

manis traderetur , ad Prutiam , Bithyniæ regem , fugerat , repetitus etiam ab eo est per Titum Quinctium Flaminium ; & cum tradendus Romanis esset , venenum bibit , & apud Libyssam , in finibus Nicomedieniis , sepultus est .

168 Cum Perseo Aemilius Paulus Consul dimicavit ; vicitque eum ; viginti millibus peditum ejus occisis . Equitatus cum rege fugit integer . Romanorum centum milites amissi sunt ; urbes Macedonia omnes , quas rex tenuerat , Romanis se dediderunt . Ipse rex , cum desereretur ab amicis , venit in Pauli potestatem : sed honorem ei Aemilius , non quasi victo , habuit , nam & sibi ad pedes volentem cadere non permisit ; & juxta se in sella collocavit . Romanum cum ingenti pompa rediit in nave Persei , quae in usitatæ magnitudinis fuisse traditur . Triumphavit autem magnificissime in curru aureo , cum duobus filiis utroque latere adstantibus . Ducti sunt ante currum duo regis filii , & ipse Perseus , quadraginta quinque annos natus . Ad hoc spectaculum multarum gentium reges Romam venerunt . Inter alios etiam venit Attalus , atque Eumenes Asia reges , atque Prusias Bithyniæ . Magno honore accepti sunt : & , permittente Senatu , dona , quæ attulerant , in Capitolio posuerunt . Prusias etiam filium suum Nicomedem Senatui commendavit .

Quin-

Ante  
Christ.  
140

Quintus Cæpio ad id bellum missus est, quod quidam Viriatus contra Romanos in Lusitania gerebat. Viriatus a suis interfecitus est, cum quaatuordecim annis Hispanias adversum Romanos mo. issit. Pastor primo fuit, mox latronum dux: postremo tantos ad bellum populos concitavit, ut assessor, contra Romanos, hispaniæ putaretur: & cum interfectores ejus præmium a Capione Consule peterent, responsum est, nunquam Romanis placuisse, imperatorem a suis militibus interfici.

88

Anno Urbis conditæ sexcentesimo sexagesimo secundo primum Romæ bellum Civile commotum est: eodem anno etiam Mithridaticum. Causam bello civili C. Marius, sexies Consul, dedit. Nam cum Sylla Consul contra Mithridatem gesturus bellum, qui Asiam & Achajam occupaverat, mitteretur, isque exercitum in Campania paulisper teneret, ut belli Socialis, quod intra Italianam gestum fuerat, reliquæ tollerentur: Marius affectavit, ut ipse ad bellum Mithridaticum mitteretur. Quare Sylla connotatus, cum exercitu ad Urbem venit. Illic contra Marium & Sulpicium dimicavit. Primus urbem Romanam armatus ingressus est: Sulpicium interfecit, Marium fugavit, atque ad Asiam profectus est.

Sed cum legati a rege Mithridate, qui pacem petebant, venissent, non aliter sedaturum Sylla esse respondit, nisi Rex reliquis his, quæ occupaverat, ad regnum suum

*Ante Christ.* suum redisset. Postea tamen ad colloquium ambo venerunt; pax inter eos ordinata est. Cum Romæ mutati Consules essent: & Marius, Marii filius, ac Papirius Carbo Consulatum accepissent: Sylla contra Marium juniores dimicavit: viginti millibus ejus occisis, cccc de suis perdidit. Mox etiam Urbem ingressus est. Marium, Marii filium, Præneste persecutus, obsedit, & ad mortem compulit. Cnæus quoquo Carbo, Consul alter, ab Arimino ad Siciliam fugit; & ibi per Cnæum Pompeium interfactus est: quem adolescentem Sylla, atque annos unum & viginti natum, cognita ejus industria, traditis exercitibus præfecerat, ut secundus a Sylla haberetur. Post hæc Sylla de Mithridate ingenti gloria triumphavit. Cnæus etiam Pompeius, quod nulli Romanorum tributum erat, quartum & vice-simum annum agens, de Africa triumphavit. Anno Urbis conditæ sexcentesimo septuagesimo sexto mortuus est Nicodemes rex Bithyniæ; & testamento Populum Romanum fecit heredem, Mithridates pace erupta, Bithyniam & Asiam rursus voluit invadere. Adversum eum ambo Consules missi, variam habuere fortunam. Cotta apud Chalcedonem victus ab eo acie, etiam intra oppidum coactus est, & obfessus. Sed cum se inde Mithridates Cyzicum translisset, Lucullus ei alter Consul occurrit: ac eum a tergo obsedit, fameque consumpsit, & multis præliis vicit. Postremo Byzantium (quæ nunc Constanti-

*Ante  
Christ.* nopolis est) fugavit; navalique prælio duces ejus Lucullus opprescit.

73 In Italia novum bellum subito commotum est: septuaginta enim quatuor gladiatores, ducibus Spartaco, Cixo & Oenomao, effracto Capuae ludo, effugerunt; & per Italiam vagantes, pene non levius bellum in ea, quam Annibal, movebant. Nam multis ducibus; & duobus simul Romanorum Consulibus victis, sexaginta fere millium armatorum exercitum congregaverunt; viisque sunt in Apulia a M. Licinio Crasio Proconsule; & post multas calamitates Italæ, tertio anno, bello huic finis impositus.

69 Lucullus regnum Tigranis, qui Armeniis imperabat, ingressus est. Ipsum regem, cum sexentis millibus clibanariorum, & centum millibus sagittariorum, & armatorum venientem, septemdecim millia militum habens, ita vicit, ut magnam partem Armeniorum deleverit. Inde Nisibin profectus, eam quoque civitatem cum regis fratre cepit. Sed hi, quos in Ponto Lucullus reliquerat, cum exercitus parte, ut regiones vietas jam Romanorum tuerentur, negligenter se & avare agentes, occasionem iterum Mithridati in Pontum irrumpendi dederunt; atque ita bellum renovatum est.

67 Dum haec geruntur, piratæ omnia maria infestabant, ita ut Romanis, toto orbe vistoribus, sola navigatio tuta non esset. Quare id bellum Cnæo Pompeio decreatum est: quod intra paucos menses ingeniti

*Ante  
Chrif.* ti & felicitate & celeritate confecit. Mox ei delatum bellum etiam contra regem Mithridatem & Tigranem. Quo fulcepto, Mithridatem in Armenia minore, nocturno prælio vicit: castra diripuit, quadraginta millibus ejus occisis, viginti tantum de exercitu suo perdidit, & duos Centuriones. Mithridates cum uxore fugit, & duobus comitibus: neque multo post, cum in suos favaret; Pharnacis filii sui apud milites seditione, ad mortem coactus, venenum hausit. Hunc finem habuit Mithridates. Periit autem apud Bosporum, vir ingentis industriae consiliique. Regnavit annis sexaginta, vixit septuaginta duabus: contra Romanos bellum habuit annis quadraginta.

66 Tigrani deinde Pompejus bellum intulit, ille se ei dedidit, & in castra Pompeji sexto decimo milliario ab Artaxata venit, ac diadema suum, cum precabuisset ad genua Pompeji, in manibus ipsi collocavit: quod & Pompejus reposuit, honorificeque habitum, regni tamen parte multavit, & grandi pecunia. Ademta est ei Syria, Phoenice, Sophene, sex millia præterea talentorum argenti, quæ Populo Romano daret; quia bellum sine causa Romanis commovisset. Pompejus mox etiam Albanis bellum intulit, & eorum regem Orodem ter vicit. Iberiae quoque regem Artacem vicit acie. Mox Ituræos & Arabes. Inde ad Judæam transgressus Hierosolymam, caput gentis, tertio mente cepit: duo-

*Ante Christ.* duodecim millibus Judæorum occisis, ceteris in fidem acceptis. His gestis, in Asiam se recepit, & finem antiquissimo bello dedit.

65 Marco Tullio Cicerone Oratore, & C. Antonio Consulibus, anno ab urbe condita sexcentesimo octogesimo nono, Lucius Sergius Catilina, nobilissimi generis vir, sed ingenii pravissimi, ad delendam patriam conjuravit cum quibusdam claris quidem, sed audacibus viris. A Cicero-ne Urbe expulsus est: socii ejus deprehensi, in carcere strangulati sunt. Ab Antonio, altero Consule, Catilina ipse in prælio vietus est, & interfecitus.

49 (Aliquanto post) bellum civile succedit, exfecrandum & lacrimabile. Cæsar rediens ex Gallia vîtor, cœpit poscere alterum Consulatum: cui contraditum est: propter quam injuriam adversum patriam cum exercitu venit. Consules cum Pompejo, Senatusque omnis, atque universa nobilitas ex Urbe fugit, & in Græciam transiit. Cæsar, vacuam Urbem ingressus, Dictatorem se fecit, inde Hispanias petuit. Ibi Pompeji exercitus validissimos & fortissimos superavit. Inde regres-sus, in Græciam transiit, primo prælio vietus est, & fugatus, evasit tamen: quia nocte interveniente Pompejus sequi noluit, dixitque Cæsar: „Nec Pompejum scire, „vincere, & illo tantum die se potuisti, „se superari.”

48 Deinde in Thessalia apud Palæophar-salum productis utrinque ingentibus co-piis

*Ante  
Chrīst.* piis, dīmīcaverunt. Nunquam adhuc Romanæ copiæ in unum, neque majores neque melioribus ducib⁹, convenerant totum terrarum orbem facile subacturæ, si contra barbaros ducerentur. Pugnatum tamen est ingenti contentione; vii⁹tusque ad postremum Pompeius, & castra ejus direpta sunt. Ipse fugatus, Alexandriam petiit, ut a Rege Aegypti, cui tutor a Senatu datus fuerat, propter juvenilem ejus æatem, acciperet auxilia: qui fortunam magis, quam amicitiam secutus, occidit Pompejum: caput ejus & annulum Cæsari misit. Quo conspecto, Cæsar etiam lacrimas fudisse dicitur, tanti viri intuens caput, & generi quondam sui.

48 Bellis civilibus toto orbe compositis, Roman⁹ rediit, agere insolentius cœpit, & contra consuetudinem Romanæ libertatis. Cum ergo & honores ex sua voluntate præstaret, qui a Populo ante deferebantur, nec Senatui ad se venienti assurget, aliaque regia & pene tyrannica faceret: conjuratum est in eum a sexaginta, vel amplius Senatoribus Equitibusque Romanis. Præcipui fuerunt inter conjuratos, duo Brutii, ex eo genere Brutii, qui primus Romæ Consul fuerat, & reges expulerat; Cassius & Servilius Casca. Ergo Cæsar cum Senatus die inter ceteros venisset ad curiam, tribus & viginti vulneribus confosus est.

## PERIODUS IV.

*Roma sub Imp. Ad Arcadium & Honorium  
usque;*

*sive*

*Adulta etas ejusdem urbis pertingens ad  
annum Christi 395. & complectens annos  
425.*

*Ante Christ.* 44 Anno Urbis septingentesimo fere ac nono, interfecto Cæsare, civilia bella reparata sunt; percussoribus enim Cæsaris Senatus favebat. Antonius Consul, partium Cæsaris, multa sclera committens, a Senatu hostis judicatus est. Missi ad eum persequendum duo Consules Pansa & Hirtius, & Octavianus adolescentis, annos decem & octo natus, Cæsaris nepos, quem ille testamento heredem reliquerat, & non men suum ferre jussérat. Hic est, qui postea Augustus est dictus, & rerum potitus. Quare profecti contra Antonium tres duces, vicerunt eum. Evenit tamen ut victores Consules ambo morerentur. Quare tres exercitus uni Cæsari Augusto paruerunt. Fugatus Antonius, amissus exercitu, fugiens ad Asiam, Cleopatram, reginam Aegypti, duxit uxorem.

32 Hic quoque ingens bellum civile commovit, cogente uxore Cleopatra; dum cupiditate muliebri optat etiam in Urbe regnare. Vicitus est ab Augusto navalii pugna clara & illustri apud Actium, qui locus

*Pars I.*

I.

in

*Post  
Christ.* in Epiro est; ex qua fugit in Aegyptum, & desperatis rebus, cum omnes ad Augustum transirent, ipse se interemit. Cleopatra sibi aspidem admisit, & veneno ejus extincta est. Aegyptus per Octavianum Augustum imperio Romano adjecta est. Ita bellis toto orbe confectis (1), Octavianus Augustus Romam rediit, duodecimo anno, quam Consul fuerat. Ex eo Rempublicam per quadraginta & quatuor annos solus obtinuit. Obiit autem septuagesimo sexto anno, morte communi in oppido Campaniae Atella. Romae in Campo Martio sepultus est, vir, qui non immerito ex maxima parte Deo similis est putatus. Neque enim facile ullus eo aut in bellis felicior fuit, aut in pace moderatior. Quadraginta quatuor annis, quibus solus gessit imperium, civilissime vixit: in cunctos liberalissimus, in amicos fidelissimus: quos tantis eyexit honoribus, ut pene æquaret fastigio suo. Moriens, Divus appellatus est. Rempublicam beatissimam Tiberio successor reliquit, qui privignus ei, mox gener, postremo adoptio-  
ne filius fuerat.

14 Tiberius ingenti socordia impérium gessit, gravi crudelitate, scelestia avaritia, turpi libidine. Hic atatis septuagesimo octavo, ingenti omnium gaudio mortuus est in Campania.

Suc-

(1) Anno V. C. 754. armis toto orbe silentibus, IESUS Christus nascitur, a cuius ortu christiana temporum ratio incipit.

- Post  
Christ.  
37 Succesit ei Caius Cæsar, cognomento Ca-  
ligula, & ipsius Tiberii nepos: sceler-  
tissimus ac funestissimus. Cum adversum  
cunctos ingenti avaritia, libidine, crude-  
litate sæviret, imperfectus in palatio est.
- 41 Post hunc Claudius fuit, patruus Caligulae. Hic medie imperavit, multa getens  
tranquille atque moderate, quedam cru-  
deliter & insulte. Britanniae bellum intulit,  
quam nullus Romanorum post Iulium Cæ-  
farem attigerat: eaque devicta per Cnæ-  
um Sentium, & Aulum Plautium, illu-  
stres & nobiles viros, triumphum cele-  
brem egit. Tam civilis autem circa quos-  
dam amicos exstitit, ut etiam Plautium,  
nobilem virum, qui in expeditione Bri-  
tannica multa egregie fecerat, triumphan-  
tem ipse prosequeretur, & consendentii  
Capitolium laus incederet. Is vixit  
annos quatuor & sexaginta; imperavit qua-  
tuordecim; post mortem consecratus est,  
Divusque appellatus.
- 53 Succesit huic Nero, Caligulae avunculo  
suo simillimus, qui Romanum imperium  
& deformavit, & diminuit. Inusitatæ lu-  
xuriæ sumtuumque, ut qui exemplo  
Caji Caligulae calidis & frigidis lavaret  
unguentis, retibus aureis piscaretur, quæ  
blattæ funibus extrahebat. Infinitam pat-  
tem Senatus interfecit: bonis omnibus ho-  
bris fuit. Ad postremum se tanto dedeco-  
re prostituit, ut & saltaret & cantaret in  
scena, citharœdico habitu vel tragico.  
Parricidia multa commisit; fratre, uxore,  
matre imperfectis. Urbem Romam incen-  
dit,

*Poſt  
Chrift.* dit, ut ſpectaculi ejus imaginem cerneret, quali olim Troja capta arferat. Per hæc Romano orbi exſecrabilis, ab omnibus ſimul deſtitutus, & a Senatu hoſtis judicatus, cum quæreretur ad poenam, (que poena erat talis, ut nudus per publicum ductus, furca capitii ejus inserta, virgis uſque ad mortem cæderetur, atque ita præcipitaretur de ſaxo) e palatio fugit, & in ſuburbano ſe liberti ſui gladio interfecit.

68 Huic Servius Galba ſuccedit, antiquissimæ nobilitatis Senator, cum ſeptuagesimum & tertium annum ageret ætatis: ab Hispanis & Gallis imperator electus, mox ab universo exercitu libenter acceptus. Hujus breve imperium fuit. Inſidiis Othonis occiſus eſt; imperii menle septimo; jugulatus in foro Romæ, ſepultusque in hortis ſuis, qui ſunt Aurelia via, non longe ab urbe Roma.

69 Otho, occiſo Galba, invaſit imperium; materno genere nobilioꝝ quam paterno, neutro tamen obſcuro. Cum etiam Vitellius factus eſſet a Germanicianis exercitibus imperator, ſponte ſemetipſum occidit, ne propter eum civile bellum commoveſetur.

69 Dein Vitellius imperio potitus eſt. Hic cum multo dedecore imperavit, & gravi ſævitia notabilis, præcipue ingluvie & voracitate; quippe cum de die ſæpe quaarto vel quinto feratur epulatus. Cum Nero ſimilis eſſe vellet, atque id adeo præſe ferret, ut etiam exſequias Neronis, qua humiliter ſepulta fuerant, honoraret;

V. -

*Post  
Christ.* Vespasiani ducibus occisus , & cum magno dedecore tractus per urbem Romam publice , nudus , erecta coma & capite , subiecto ad mentum gladio , sternore in vultus & pectus ab omnibus obviis adeptum . Postremo jugulatus , & in Tiberim dejectus , etiam communis caruit sepultura .

69 Vespasianus huic successit , princeps , obscure quidem natus , sed optimis comparandus , privata vita illustris ; ut qui a Claudio in Germaniam , & deinde in Britanniam missus , tricies & bis cum hoste confixerit . Romae se in imperio moderatissime gessit . Placidissimae lenitatis , ut qui majestatis quoque contra se reos non facile puniret ultra exfilii poenam . Sub hoc Judaea Romano accessit imperio , & Hierosolyma , quæ fuit urbs nobilissima Palæstinae . Offensarum & inimicitiarum immemor fuit . Convicia a caudicis & philosophis in se dicta , leniter tulerit . Hic cum Tito filio de Hierosolymis triumphavit . Per haec cum Senatui & Populo , postremo cunctis amabilis ac jucundus esset , profluvio ventris extinxitus est in villa propria .

79 Huic Titus filius successit , vir omnium virtutum genere mirabilis , adeo ut amor & deliciae humani generis diceretur . In oppugnatione Hierosolymorum sub patre militans , duodecim propugnatores duodecim sagittarum istibus confixit . Romæ tantæ civitatis in imperio fuit , ut nullum omnino puniret . Facilitatis & libera-

*Post  
Christ.* litatis tantæ fuit, ut, cum nulli quidquam negaret, & ab amicis reprehenderetur, responderit: Nulum tristem debere ab imperatore discedere". Propterea cum quadam die in coena recordatus fuisset, nihil se se illo die cuiquam prætulisse, dixit: "amici, hodie diem perdidii". Per hæc inusitata favore dilectus, morbo periit. Tantus luctus eo mortuo publicus fuit, ut omnes tanquam in propria doluerint orbitate.

81 Domitianus mox accepit imperium, frater ipsius junior. Neroni, aut Caligulae, aut Tiberio similior, quam patri vel fratri suo. Primis tamen annis moderatus in imperio fuit; mox ad ingentia vitia progressus, libidinis, iracundiae, crudelitatis, avaritiæ, tantum in se odium concitatit, ut merita & patris & fratris abolerentur. Interfecit nobilissimos ex Senatu: dominum se & deum primus appellari jussit; nullam sibi nisi auream & argenteam statuam in Capitolio poni passus est: consobrinos suos interfecit. Superbia quoque in eo execrabilis fuit. Verum cum ob scelera universis exosus esse cœpisset, interfactus est suorum conjuratione in palatio. Funus ejus cum ingenti dedecore per vespilliones exportatum, & ignobiliter est sepultum.

95 Domitiano, exitiabili tyranno, Nerva successit; vir in privata vita moderatus & strenuus; æquissimum se & civilissimum præbuit. Republicæ divina provisione consuluit, Trajanum adoptando. Mortuus

*Post  
Corist.* tuus est Romæ post annum & quatuor menses imperii sui, ac dies octo, atque inter Divos relatus est.

98 Successit ei Ulpius Crinitus Trajanus. Imperator apud Agrippinam civitatem in Galliis factus est. Republicam ita administravit, ut omnibus Principibus merito præferatur. Inusitatæ civilitatis & fortitudinis fuit. Romæ & per provincias æqualem se omnibus exhibens, amicos salutandi causa frequentans, vel ægrotantes, vel cum festos dies habuissent; convivia cum iisdem indiscreta vicissim habens; saepe in vehiculis eorum sedens: nullum Senatorem laedens, nihil injustum ad augendum fiscum agens; liberalis in cunctis, publice privatimque ditans omnes, & honoribus augens, quos vel mediocri familiaritate cognovisset. Post ingentem igitur gloriam, belli domique quæsitam, e Perside rediens, apud Seluciam Isauriæ, profluvio ventris extinctus est. Solus omnium intra Urbem sepultus. Offa ejus, collocata in urna aurea, in foro, quod ædificavit, sub columna sita sunt: cuius altitudo centum quadraginta quatuor pedes habet.

117 Defuncto Trajano, Aelius Adrianus creatus est princeps. Pacem omni tempore imperii sui habuit, orbem Romanum circumiit. Obiit in Campania major sexagenario.

138 Adriano successit T. Antoninus Fulvius Bojonius, idem etiam Pius nominatus. Vixit ingenti honestate privatus; majori,

*Post  
Christ.* in imperio: nulli acerbus, cunctis benignus, ærarium opulentum reliquit. Pius propter clementiam dictus est. Obiit apud Lorium, villam suam, milliario ab Urbe duodecimo, imperii vicesimo tertio: atque inter Divos relatus est, & merito consecratus.

161 Post hunc imperavit M. Antoninus Verus, qui multa per duces & ingentia patravit. Obiit in Venetia, cum Altinum proficeretur, & cum fratre in vehiculo federet, subito sanguine ictus. Vir ingenii parum civilis reverentia tamen fratris nihil unquam atrox ausus.

159 Post eum Marcus Antoninus solus Rem publicam tenuit; vir, quem mirari facilis quis, quam laudare possit. Principio vitæ tranquillissimus: adeo, ut ex infantia quoque vultum, nec ex gaudio, nec ex mœrore mutaret. Latinas literas eum Fronto, orator nobilissimus, docuit. Hic cum omnibus Romæ a quo jure egit; ad nullam insolentiam elatus imperii fastigio; liberalitatis promptissime; provincias ingenti benignitate & moderatione tractavit. Hic permisit viris clarioribus, ut convivia eodem cultu, quo ipse, & ministris similibus exhiberent. In editione munerum post victoriam adeo magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuisse tradatur. Cum igitur fortunatam Rempublicam & virtute & mansuetudine reddidisset, obiit decimo octavo imperii anno, vita sexagesimo primo & inter Divos relatus est.

- Post  
Christ.*      Hujus successor L. Antoninus Commodus nihil paternum habuit, nisi quod contra Germanos feliciter & ipse pugnavit. Septembrem mensem ad nomen suum transferre conatus est, ut Commodus dicatur: sed luxuria & obscenitate depravatus, gladiatoriis armis saepissime in ludo, deinceps etiam in amphitheatro cum hujusmodi hominibus saepe dimicavit. Obiit morte subita, adeo ut strangulatus, vel veneno interfectus putaretur.
- 180      193      Huic successit Pertinax, grandevus jam, ut qui septuagenariam attigisset ætatem, ex Senatus Consulto imperare jussus. Juliani scelere occisus est.
- 193      Post eum Salvius Julianus Rempublicam invasit. Vixit mensibus septem, postquam cœperat imperare.
- 193      Hinc imperii Romani administrationem Septimius Severus accepit. Parcus admodum fuit, natura saevus. Bella multa & feliciter geslit. Novissimum bellum in Britannia habuit: utque receptas provincias omni securitate muniret, vallum per triginta duo millia passuum a mari ad mare deduxit. Decessit Eboraci admodum senex.
- 120      Marcus Aurelius Antoninus Bassianus, idemque Caracalla, morum fere paternorum fuit; paulo asperior, & minax. Opus Romæ egregium fecit lavacri, quæ Antoninianæ (*Thermæ*) appellantur; nihil præterea memorabile.

- Post  
Christ.* Opilius deinde Macrinus , cum filio Dia-  
duineniano facti imperatores , nihil memora-  
bile ex temporis brevitate gesserunt . Nam  
imperium eorum duum mensium & unius  
anni fuit . Seditione militari ambo pariter  
occisi sunt .
- 218 Creatus est post hos M. Aurelius Antoni-  
nus . Hic Antonini Caracallæ filius puta-  
batur ; sacerdos autem Elagabali templi  
erat . Impudicissime vixit , biennioque  
post & octo mensibus tumultu interfactus  
est militari .
- 222 Successit haic Aurelius Alexander ; juve-  
nis admodum . Militarem disciplinam fe-  
verissime rexit ; quasdam tumultuantes le-  
giones integras exauktoravit . Periit in  
Gallia , militari tumultu , in Mammæam  
matrem suam unice pius .
- 235 Post hunc Maximinus , ex corpore mili-  
tari primus ad imperium accessit , sola mi-  
litum voluntate , cum nulla Senatus in-  
tercessisset auctoritas , neque ipse Senator  
esset . Is , bello adverlus Germanos feliciter  
gessit , cum a militibus imperator es-  
set appellatus , a Pupieno Aquileiæ oc-  
citus est , deferentibus eum militibus suis .
- 238 Postea tres simul Augusti fuerunt , Pupie-  
nus , Balbinus , & Gordianus : duo supe-  
riores obscurissimo genere ; Gordianus ,  
nobilis . Itaque cum Romanum venissent Bal-  
binus & Pupienus , in palatio imperfecti  
sunt ; soli Gordiano imperium reserva-  
tum . Parthis bellum intulit , quod qui-  
dem feliciter gessit . Rediens , haud longe a  
Ro-

- Post  
Cbrift.  
244 Romanis finibus imperfectus est fraude Philippi, qui post eum imperavit.  
Philippi duo, filius ac pater, Gordiano occiso, imperium invaserunt. Ambo ab exercitu imperfecti sunt.
- 249 Post hos Decius e Pannonia inferiore Budaliae natus, imperium sumvit. Cum biennio ipse & filius imperassent, uterque in barbarico imperfecti sunt, & inter Divos relati.
- 251 Mox imperatores creati sunt, Gallus, Hostilianus, & Galli filius Volusianus. Sola pestilentia, & morbis, atque ægritudinibus notus eorum principatus fuit.  
Aemilianus obscurissime natus, obscurius imperavit; ac tertio mense extinctus est.  
Hinc Licinius Valerianus, in Rhætia & Norico agens, ab exercitu imperator est factus. Gallienus quoque Romæ a Senatu Cæsar est appellatus. Horum imperium Romano nomini perniciosum, & pene extiabile fuit. Valerianus captus apud Parthos ignobili servitute confenuit. Gallienus, cum adolescens factus esset Augustus, imperium primum feliciter, mox commode, ad ultimum perniciose gescit.  
Tum jam desperatis rebus, & deleto pene imperio Romano, Posthumus in Gallia, obscurissime natus, purpuram sumvit: & per annos decem ita imperavit, ut consumtas pene provincias ingenti virtute & moderatione reparaverit. Seditione militum imperfectus est.
- 254
- 260

Post

*Poſt  
Chrif.* Post eum Marius, vilissimus opifex, purpuram accepit, & ſecundo die interfectus eſt.

Victorinus poſtea Galliarum accepit imperium, vir strenuissimus: ſed cum nimia libidinis eſſet, occiſus eſt.

Huiſ ſucessit Tetricus Senator, qui apud Burdegalam purpuram sumſit. Ita Galieno Reipublicam deferente, Romanum imperium in occidente per Poſthumum, per Odenathum in Oriente fervatum eſt. Galienus interea Mediolani cum Valeriano fratre occiſus eſt.

**268** Claudioſque ei ſucessit, parcus vir, ac modeſtus, & iuſti tenax, ac Reipublicae gerenda idoneus, qui tamen morbo interiit.

Quintillus poſt eum, Claudii frater, conſenſu militum imperator electus eſt, vir unicae moderationis & civilitatis, æquandus fratri, vel præponendus. Septimo decimo die imperii occiſus eſt.

**270** Poſt eum Aurelianuſ ſuceptiſ imperium, vir in bello potens, animi tamen immodi ci, & ad crudelitatem propenſioris. Superavit in Gallia Tetricum apud Cata launos. Urbem Romam muris firmioribus cinxit. Occidiſtur servi ſui fraude, qui ad quosdam militares viros, amicos ipliuſ, nomina pertulit adnotata, falſo manu ejus imitatus, tanquam Aurelianuſ iplos pararet occidere. Itaque ut præveniretur, ab iisdem interfectus eſt in itineriſ medio.

- Post hunc suscepit imperium : vir  
egregie moratus. Intra sextum mensem  
imperii, morte præventus.  
275 Florianus Tacito successerat.
- Post hunc Probus, vir illuſtris gloria mi-  
litari, ad administrationem Reipublicæ  
acceddit. Vineas Gallos & Pannonios ha-  
bere permisit. Hic cum bella innumera  
gessisset, pace parata, imperfectus est tu-  
multu militari in turri ferrata.
- 282 Post hunc Carus est factus Augustus, Nar-  
bonæ natus in Gallia, qui confestim Ca-  
rinum & Numerianum filios Cæsares fe-  
cit. Cum castra supra Tigrudem haberet,  
ictu divini fulminis periit. Numerianus  
quoque, filius ejus, quem secum ad Per-  
fas duxerat, adolescens egregiæ indolis,  
cum oculorum dolore correptus in leſti-  
cula veheretur, impulsore Apro, qui fo-  
cer ejus erat, per insidias occisus est: &  
cum dolo occultaretur ipsius mors, quo-  
usque Aper invadere posset imperium; fo-  
tore cadaveris prodita est. Milites enim,  
qui eum sequebantur, foctore commoti,  
driductis leſticulæ palliis, post aliquot  
dies mortem ejus notam habere potue-  
runt. Interea Carinus, omnibus se scle-  
ribus inquinavit. Ob quæ omnibus ho-  
minibus inquisitus, non multo post paenæ  
dedit.
- 284 De Perside victor exercitus rediens, cum  
Carum Augustum fulmine, Numerianum  
Cæsarem insidiis perdidisset, Diocletia-  
num imperatorem creavit, Dalmatia ori-  
undum, virum obscurissime natum. Is

pri-

*Poët  
Christ.*

prima militum concione juravit, Numerianum nullo suo dolo interfictum, & cum juxta eum Aper, qui Numeriano insidias fecerat, constitisset, in conspectu exercitus, manu Diocletiani percussus est. Diocletianus, Maximianum Herculium ex Cæsare fecit Augustum, Constantium & Maximianum Cæsares. Varia deinceps & simul, & viritim bella gesserunt. Diocletianus moratus callide fuit, sagax præterea, & admodum subtilis ingenio, & qui severitatem suam aliena invidia explere vellet. Adorari se jussit. Cum tamen ingravescente ævo, parum se idoneum moderando imperio esse sentiret, auctor Herculio fuit, ut in privatam vitam concederent, & stationem tuendæ Républícæ viridioribus junioribusque mandarent. Cui ægre collega obtemperavit: tamen uterque una die privato habitu imperii insigne mutavit. Diocletianus privatus in villa, quæ haud procul a Salonis est, præclaro otio senuit.

304 His igitur abeuntibus, ab administratio-ne Republicæ, Constantius & Galerius Augusti creati sunt: divisusque inter eos Romanus orbis. Constantius contentus dignitate Augusti, Italiam atque Africam administrandæ sollicitudinem recusavit: vir egregius, & præstantissimæ civilitatis, filii commoda non admodum afferens, dicensque melius publicas opes a privatibus haberi, quam intra unum claustrum reservari. Adeo autem cultus modici, ut festis diebus, si cum amicis numerosioribus

ef-

*Poſt  
Chrift.* effet epulandum, privatorum eis argento  
ostiatim petito, triclinia sternerentur.  
Obiit in Britannia Eboraci, principatus  
anno tertio decimo, atque inter Divos re-  
latus est.

Galerius, vir & probe moratus, & ege-  
gius in re militari, cum Italiam queque,  
linente Constantio, administrationi sua  
accessisse sentiret, Cæsares duos creavit.  
Verum Constantio mortuo Constantinus  
ejus filius in Britannia creatus est impe-  
rator. Respublica tum ab his quatuor impe-  
ratoribus tenebatur, Constantino & Ma-  
xentio, filiis Augustorum; Licinio & Ma-  
ximino, novis hominibus. Constantinus  
306 bellum aduersum Maxentium civile com-  
movit, ipsum postremo vicit, Italiaque  
est potitus. Non multo deinceps in Ori-  
ente quoque aduersus Licinium Maximini-  
nus res novas molitus, vicium exitium  
fortuita apud Tarsum morte prævenit.

323 Constantinus tamen, vir ingens, & omnia  
efficere nitens, quæ animo præparasset,  
simul principatum totius orbis affectans,  
Licinio bellum intulit; quamvis necessitu-  
do & affinitas cum eo effet. Postremo  
Licinius navalı & terrestri prælio victus,  
contra religionem sacramenti Theſſalonicae  
privatus occisus est. Eo tempore res Ro-  
mana ſub uno Auguſto & tribus Cæſa-  
ribus (quod nūquām alias) fuit. Verum  
inſolentia rerum ſecundarum, aliquantum  
Constantinus ex illa favorabili animi do-  
cilitate mutavit. Primus Urbem nominis  
ſui ad tantum fastigium evehere molitus  
eft,

*Poff-  
Chriſt.* est, ut Romæ æmulam faceret. Nicome-  
diae in villa publica obiit: atque inter Di-  
vos meruit referri.

330     *Successores filios tres reliquit. Constantis*  
*imperium strenuum aliquamdiu, & justum*  
*fuit. Mox, cum & valetudine improspera*  
*& amicis pravioribus uteretur, ad gravia*  
*vitia conversus, cum intolerabilis provin-*  
*cialibus, militibus injucundus eset, fa-*  
*ctione Magnentii occisus est.*

350     *Vetranione ad imperium consensu militum*  
*electo; quem grandavum jam, & cunctis*  
*amabilem diuturnitate & felicitate mili-*  
*tiae, ad tuendum Illyricum, principem*  
*creaverunt; virum probum, & morum*  
*veterum, ac jucundæ civilitatis, sed om-*  
*nium liberalium artium expertem adeo,*  
*ut ne elementa quidem prima literarum,*  
*nisi grandævus & jam imperator, acce-*  
*perit.*

Orienti mox a Constantio Cæsar est da-  
tus, patrui filius, Gallus: sed (ab eodem  
paulo post) occisus fuit. Vir natura ferus  
& ad tyramnidem pronior, si suo jure,  
imperare licuisset.

361     *Hinc Julianus rerum potitus est ingenti-*  
*que apparatu Parthis intulit bellum: cui*  
*expeditioni ego quoque interfui. Aliquot*  
*oppida & castella Persarum in ditionem*  
*acepit, vel vi oppugnavit; Assyriamque*  
*populatus, castra apud Ctesiphontem sta-*  
*tiva aliquamdiu habuit: remeansque victor,*  
*dum se inconsolius præliis inferit, hostili*  
*manu interfecitus est. Liberalibus disci-*  
*plinis apprime eruditus fuit, Græcis do-*  
*cior,*

*Ante Christ.* Dior, atque adeo, ut Latina eruditio ne-  
quaquam cum Græca scientia conveniret.  
In amicos liberalis, gloriæ avidus, reli-  
gionis Christianæ infector; perinde ta-  
men, ut cruento abstineret.

363 Post hunc Jovianus ad obtinendum impe-  
rium consensu exercitus electus est. Il-  
lyricum petens, in Galatiae finibus repen-  
tina morte obiit. Quia autem ad inclytos  
principes venerandosque (Valentinianum  
& Valentem) per ventum est, interim ope-  
ri modum dabimus. Nam reliqua stilo  
majore dicenda sunt: quæ nunc non tam  
prætermittimus, quam ad majorem scri-  
bendi diligentiam reservamus.

*Ex Eutropio Excerptorum Finis.*





EX  
SEXTO AURELIO  
VICTORE  
EXCERPTA.

---

PERIODUS I.

*Roma sub regibus,*  
*five*  
*Infantia ejusdem urbis, complectens annos*  
*244.*

*Ante  
Christ.*

854

**S**ILVIUS PROCAS, rex Albanorum, duos filios Numitorem & Amulium aquis partibus heredes insituit. Tum Amulius in una parte regnum tantummodo, in altera totius patrimonii summam atque omnem paternorum bonorum substantiam posuit, fratrique Numitori, qui major natu erat, optionem dedit, ut ex his, utram mallet, eligeret. Numitor cum privatum omne cum facultatibus regno prætulisset, Amulius

*Ante Christ.* lius regnum obtinuit. Quod ut firmissime possideret, Numitoris, fratri sui, filium in venando interimendum curavit. Tum etiam Rheam Silviam, ejus sororem, sacerdotem Vestae fieri jussit. At vero Amulius, cum comperisset, Rheam sacerdotem peperisse geminos, necari (hanc) jussit, & protinus (illos) deportari ad aquam profluentem, atque eo abisci.

770 Tum illi, quibus id imperatum erat, impositos alveo pueros, circa radices montis Palatini in Tiberim, qui tum magnis imbribus stagnaverat, abjecerunt. Ejusque regionis subulcus Faustulus, speculatorum exponentes, ut videt: relabente flumine alveum, in quo pueri erant, obhaesisse ad arborem fici, puerorumque vagitu lupam excitam, quæ repente exierat, primo lambitu eos deteruisse; dein, levanderum uberum gratia, mammas præbuuisse, descendit, ac pueros sustulit: nutriendosque Accæ Laurentiae uxori sua dedit. Cum vero pueri liberalis disciplina capaces facti essent, traditur, Gabiis Gracarum Latinarumque literarum ediscendarum gratia (fuisse) commoratos; Numitore avo clam omnia subministrante. Itaque, ut primum adolevissent, Romulum, indicio educatoris Faustuli, comperto qui sibi avus, quæ mater fuisset, quidve de ea factum esset, cum armatis pastoribus Albam protinus perrexisse, imperfectoque Amulio, Numitorem avum in regnum restitutum.

*Ante  
Christ.* Cum igitur inter se Romulus & Remus de condenda urbe tractarent, in qua ipsi pariter regnarent, Romulusque locum, qui sibi idoneus videretur, in monte Palatino designaret, Romamque appellari vellet; contraque item Remus in alio colle, qui aberat a Palatino millibus quinque, eundemque locum ex suo nomine Remuriam appellaret, neque ea inter eos finiretur contentio: avo Numitore arbitro adscito, placuit disceptatores ejus controversiae, immortales deos sumere; ita ut utri eorum priori secunda auspicia obvenissent, urbem conderet; eamque ex suo nomine nuncuparet; atque in ea regni summanteret.

Cum auspicaretur Romulus in Palatino, Remus in Aventino, sex vultures, pariter volantes, a sinistra Remo prius visos: tuncque ab eo missos, qui Romulo nuntiarent, sibi jam data auspicia, quibus condere urbem juberetur, itaque maturaret ad se venire. Cumque ad eum Romulus venisset, quassissetque, quanam illa auspicia fuissent, dixissetque ille, sibi auspicanti sex vultures simul apparuisse: At ego, inquit Romulus, jam tibi duodecim demonstrabo; ac repente duodecim apparuisse. Tum Romulus urbem condidit, quam ex suo nomine Romanam appellavit: cumque muniret moenibus, edixit, ne quis vallum transfiliret: quod Remus irridens, transfilivit, & a Fabio Celere cunctione ruto festus occisus.

*Ante  
Christ.*

750

747

Romulus asylum convenis patefecit, & magno exercitu facto, cum videret conjugia deesse, per legatos a finitimis civitatibus petiit. Quibus negatis, ludos consualia simulavit: ad quos cum utriusque sexas multitudo venisset, dato suis signo virgines raptæ sunt. Ex quibus cum una pulcerrima cum magna omnium admiratione duceretur, Talassio eam duci responsum. Quæ nuptiæ, quia feliciter cesserunt, institutum est, ut omnibus, nuptiis Talassii nomen invocaretur. Cum feminas ergo finitimorum Romani rapuerint, contra eos bellum Sabini sumserunt: & cum Romæ appropinquarent, Tarpejam virginem naëti, que aquæ, causa facrorum, hauriendæ descendederat, ei T. Tatius optionem muneris dedit, si exercitum suum in Capitolium perduxisset. Illa petiit, quod illi in sinistris manibus gererent, videlicet annulos & armillas: quibus dolose repromissis, Sabinos in arcem perduxit, ubi Tatius scutis eam obrui præcepit; nam & ea in lævis habuerant.

Romulus adversus Tatium, qui montem Tarpejum tenebat, processit; & in eo loco, ubi nunc Romanum forum est, pugnam conseruit: ibi Hostius Hostilius fortissime dimicans cecidit, cuius interitu confernati Romani fugere coeperunt. Tunc Romulus Jovi Statori ædem vovit, & exercitus seu forte, seu divinitus restitit. Tunc raptæ, in medium processerunt; & hinc patres, inde conjuges deprecatae, pacem

*Ante  
Christ.* conciliarunt. Romulus foedus percussit, & Sabinos in urbem recepit; populum a Curibus, oppido Sabinorum. Quirites vocavit. Centum Senatores a pietate Patres appellavit. Tres equitum centurias instituit. Plebem in triginta curias distribuit. Cum ad Capreae paludem exercitum lustraret, nusquam comparuit: unde inter Patres, & populum seditione orta, Julius Proculus, vir nobilis, in concionem processit, & jurejurando firmavit, Romulum a se in colle Quirinali visum augustinore forma, cum ad deos abiret; eundemque præcipere, ut seditionibus abstinerent, virtutem colerent: futurum, ut omnium gentium domini exsisteret: Hujus auctoritati creditum est, ædes in colle Quirinali Romulo constituta, ipse pro deo cultus, & Quirinus est appellatus.

714 Post consecrationem Romuli Numa Pompilius Curibus, oppido Sabinorum, accitus, cum Romam venisset, ut populum ferum religione molliret, sacra plurima instituit. Ædem Vestæ fecit; virgines Vestales legit, annum in duodecim menses distribuit. Leges quoque plurimas & utilles tulit; omnia, quæ gerebat iussu Egeria nymphæ, se facere simulans. Ob hanc tantam justitiam bellum ei nemo intulit. Morbo solitus in Janiculo sepultus est.

671 Tullius Hostilius, quia bonam operam adversum Sabinos navaverat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finivit. Fulmine iactus cum

*Ante  
Christ.* cum regia conflagravit. Cum inter Romanos & Albanos bellum fuisset exortum, ducibus Hostilio & Fufetio, placuit rem paucorum certatione finire. Erant apud Romanos trigemini Horatii, tres apud Albanos Curiati; quibus, foedere icto, concurrentibus, statim duo Romanorum ceciderunt, tres Albanorum vulnerati. Unus Horatius, quamvis integer, quia tribus impar erat, fugam simulavit, & singulos per intervalla, ut vulnerum dolor patiebatur, insequentes interfecit. Et cum ipoliis onustus rediret, sororem obviam habuit: quæ viso paludamento Sponsi sui, qui unus ex Curiatiis erat, fieri coepit. Frater eam occidit. Quare apud Duumviros condemnatus, ad populum provocavit: ubi patriis lacrimis condonatus, ab eo, expiandi gratia, sub tigillum missus; quod nunc quoque viæ suppositum, Sororium appellatur.

639 Ancus Marcius, Numa Pompilii ex filia nepos, æquitate & religione avo similis, Latinos bello domuit, Salinarum vèctigal instituit. Pluribus rebus intra paucos dies consecris, immatura morte præreptus, non potuit præstare, qualem promiserat, regem.

615 Lucius Tarquinius Priscus, urbe Tarquinii profectus, Romam petiit. Pecunia & industria dignitatem, atque etiam Anci regis familiaritatem consecutus est: a quo tutor liberis, relitus, regnum intercepit. Latinos bello domuit. Circum maximum adiificavit. Murum lapideum urbi cir-

*Ante  
Christ.* cum dedit. Filium tredecim annorum, quod in prælio hostem percussisset, prætexta & bulla donavit; unde hæc ingenuorum puerorum insignia esse coeperunt. Post ab Anci liberis, immisis percussoribus, per dolum regno exutus & imperfectus est.

577 Servius Tullius, gener a Tarquinio assumptus est, & cum rex occisus esset, rede imperium adiunxit. Menfuras, pondera, classes, centuriasque constituit. Primus omnium censum ordinavit, qui, adhuc per orbem terrarum incognitus erat. (Hic princeps) filiam alteram ferocem, mitem alteram habens, cum Tarquinii Prisci filios pari animo videret, ut omnium mentes morum diversitate leniret, ferocem miti, mitem feroci in matrimonium dedit. Sed mites seu forte, seu fraude perierunt; feroces morum similitudo conjunxit. Statim Tarquinius Superbus a Tullia incitatus, advocato senatu, regnum paternum repetere coepit. Qua re auditata Servius, dum ad Curiam properat, ius tu Tarquinii gradibus dejectus, & domum refugiens, imperfectus est. Tullia in forum properavit, & prima conjugem regem salutavit: a quo iussa e turba decessere, cum domum rediret, viso patris corpore, mulionem evitantem super ipsum corpus carpentum agere præcepit: unde vicus ille Sceleratus dictus est. Postea Tullia cum conjugé in exsilium acta.

*Ante Christ.* Tarquinius Superbus cognomen moribus  
meruit. Occiso Servio Tullio, regnum  
scelestè occupavit; tamen bello strenuus,  
Latinos Sabinosque domuit. Locos in Cir-  
co, cloacam maximam fecit, ubi totius  
populi viribus usus est, cum Capitolium  
inciperet, caput hominis invenit; unde  
cognitum est, eam urbem caput gentium  
futuram. Et cum in obsidione Ardeæ  
filius ejus Lucretia (vim) intulisset, cum  
eo in exsilio actus, ad Porsenam, Etru-  
riæ regem, confugit; cuius ope regnum  
retinere tentavit. Pulsus, Cumas con-  
cessit, ubi per summam ignominiam reli-  
quum vitae tempus exegit.

Tarquinius Collatinus, sorore Tarquinii  
Superbi genitus, in contuberno juvenum  
regiorum Ardeæ erat: ubi cum forte in  
liberiore convivio conjugem suam unus-  
quisque laudaret, placuit experiri. Itaque  
equis Romam petunt. Regias nurus in  
convivio & luxu deprehendunt. Exinde  
Collatiam petunt. Lucretiam inter ancil-  
las in lanificio offendunt; itaque ea pu-  
dicissima judicatur. Ad quam corrumpen-  
dam Tarquinius Sextus nocte Collatiam  
rediit, & jure propinquitatis in domum  
Collatini venit, & in cubiculum Lucretiae  
irrupit, pudicitiam expugnavit. Illa, po-  
stero die advocatis patre & conjuge, rem  
exposuit, & se cultro, quem veste texa-  
rat, occidit. Illi in exitium regum con-  
jurarunt, eorumque exsilio necem Lucre-  
tiae vindicaverunt.

*Ante Christ.* L. Junius Brutus, frōrore Tarquinii Superbi genitus, cum eandem fortunam timebat, in quam frater inciderat, qui ob divitias & prudentiam fuerat ab avunculo occisus, flūltitiam fixit, unde Brutus dicitur. Juvenibus regiis Delphos euntibus deridiculi gratia comes adscitus, baculo fimbuceo aurum infusum Deo donum tulit. Ubi responsum est, eum Roma summam potestatem habiturum, qui primus matrem oscularetur: ipse terram osculatus est. Deinde propter (Lucretiā casum infelicem,) cum Tricipitino & Collatino in exitium regum conjuravit.

## PERIODUS II.

*Roma sub Consulibus  
sive  
Adolescentia juvenilisque etas ejusdem urbis  
complectens annos 245.*

**T**arquinis in exsiliū actis (Brutus) 509 primus consul, filios suos, fratrisque, quod cum Aquiliis & Vitelliis ad recipiendum in urbem Tarquinios conjuraverant, virginis cæsos, securi percussit. Deinde in prælio, quod adversus eos gerebat, singulari certamine cum Arunte, filio Tarquinii, congressus est, ubi ambo mutuis vulnēribus ceciderunt. Cujus corpus in foro positum, a collega laudatum, matronæ anno luxerunt.

Por-

*Ante  
Christ.*

508

Porsenna, rex Etruscorum, cum Tarquinios in urbem restituere tentaret, & primo impetu Janiculum cepisset; Horatius Cocles, (illo cognomine, quod in alio prælio oculum amiserat) pro ponte sublicio stetit, & aciem hostium solus sustinuit, donec pons a tergo interrumpetur, cum quo statim in Tiberim decidit, & armatus ad suos transnavit. Ob hoc ei tantum agri publice datum est, quantum uno die circumari potuisset. Statua quoque ei in Vulcanali posita.

Cum Porsenna rex urbem obsideret, Mutius Cordus, vir Romanæ constantiæ, senatum adiit, & veniam transfugiendi petiit, necem regis repromittens. Accepta potestate, in castra Porsennæ venit, ibique purpuratum pro rege, deceptus occidit. Apprehensus & ad regem pertractus, dexteram aris imposuit: hoc supplicii a rea exigens, quod in cæde peccasset. Unde cum misericordia regis abstraheretur, quasi beneficium referens, ait, trecentos adversus eum similes conjurasse. Quare ille territus, bellum, acceptis obsidibus, depositus. Mutio prata trans Tiberim data, ab eo Mutia appellata. Statua quoque ei honoris gratia constituta est.

Porsenna Cloeliam, virginem nobilem, inter obsides accepit, quæ, deceptis custodibus, noctu castris ejus egressa, equum, quem fors dederat, arripuit, & Tiberim trajecit. A Porsenna per legatos repetita, & reddita est. Cujus ille virtutem admiratus,

*Ante Christ.* tus, cum quibus optasset in patriam redire, permisit. Illa virgines, puerosque elegit, quorum aetatem injuria obnoxiam sciebat. Huic statua equestris in foro posita.

479 Romani cum adversum Vejentes bellarent, eos sibi hostes familia Fabiorum privato nomine doposcit, & profecti trecenti sex, duce Fabio consule, fuerunt. Cum saepe viatores exstisset, apud Cremeram fluvium castra posuerunt. Vejentes ad dolos conversi, pecora ex adverso in conspectu illorum posuerunt: ad quæ progettis Fabii, in insidias delapsi, ad unum occisione perierunt. Dies, quo id factum est, inter nefastos relatus. Porta, qua profecti fuerant, Scelerata est appellata. Unus ex ea gente, propter impubere aetatem domi relihus, genus propagavit ad Q. Fabium Maximum, qui Annibalem mora fregit, Cunctator ab obtrectatoribus dictus.

475 Publius Valerius, Volesi filius, primum de Vejentibus, iterum de Sabinis, tertio de utrisque gentibus triumphavit. Hic, quia in locum Bruti collegæ Consulem non subrogaverat, & domum in Velia tutissimo loco habebat, in suspicionem regni affectati venit. Quo cognito, apud populum questus, quod de se tale aliquid timuissent, immisit, qui domum suam diruerent. Secures etiam fascibus demisit, eosque in populi concione submisit. Legem de provocatione a magistratibus ad populum tulit. Hinc Poplicola dictus.

Qui

*Ante Christ.* Qui cum , quater consul , diem obiisset , adeo pauper exsilit , ut collectis a populo numinis publice sepultus sit , & anno matronarum luctu honoratus .

461 Lucius Quinctius Cincinnatus filium Cæsonem petulantissimum abdicavit : qui & a Censoribus notatus , ad Volscos & Sabinos confugit , qui duce Cloelio Graccho , bellum adversum Romanos geregabant , & Q. Minucium consulem in Algidō monte cum exercitu obsidebant . Quinctius

458 Dictator dictus , ad quem missi legati , nudum eum arantem trans Tiberim offenderunt : qui , insignibus sumtis , consulem obsidione liberavit . Quare & a Minucio & ejus exercitu obsidionali corona donatus est . Vicit hostes , ducem eorum in ditionem accepit , & triumphi die ante currum egit . Sextodecimo die dictaturam , quam acceperat , deposita , & ad agriculturam reversus est . Iterum post viginti annos Dictator dictus , Spurium Moëlium regnum afferantem , a Servilio Ahala , Magistro equitum , occidi jussit . Domum ejus solo æquavit , unde locus ille Ae-

492 Menenius Agrippa , cognomento Lanatus , dux electus adversum Sabinos , de iis triumphavit . Et cum populus a Patribus secessisset , quod tributum & militiam non toleraret , nec revocari posset ; Agrippa apud eum : „ Olim , inquit , humani artus , cum ventrem otiosum cernerent , „ ab eo discordarunt , & suum illi ministerium negarunt . Cum , eo pao- „ et

*Ante* „ & ipsi deficerent, intellexerunt veni-  
*Christ.* „ trem acceptos cibos per omnia membra  
**201** „ differere; & cum eo in gratiam redie-  
 runt. Sic Senatus & Populus quasi  
 „ unum corpus discordia pereunt, con-  
 „ cordia valent.“ Hac fabula populus  
 regressus est. Creavit tamen Tribunos ple-  
 bis, qui libertatem suam adversum nobis-  
 litatis superbiam defenderent. Menenius  
 autem tanta paupertate decessit, ut eum  
 populus, collatis quadrantibus, sepeliret,  
 locum sepulcro Senatus publice daret.

**487** Caius Marcius, a captis Coriolis, urbe  
 Volscorum Cariolanus dictus, ob egregia  
 militiae facinora a Postumio optionem  
 munerum accipiens, equum tantum &  
 hospitem sumvit, virtutis & pietatis ex-  
 exemplum. Hic Consul gravi annona, ad-  
 vectum e Sicilia frumentum, magno pre-  
 tio dandum populo curavit, ut hac inju-  
 ria plebs agros, non seditiones coleret.  
 Ergo a Tribuno plebis Decio die dicta,  
 ad Volscos concessit; eosque, duce Attio  
 Tullo, adversus Romanos concitavit, &  
 ad quartum ab urbe lapidem castra posuit.  
 Cumque nullis civium legationibus flecte-  
 retur, a Veturia inatre, & Volumnia  
 uxore, matronarum numero comitatis,  
 motus, omisso bello, ut proditor occisus  
 est. Ibi templum Fortunae muliebri con-  
 structum est.

**476** Fabius Ambustus ex duabus filiabus alte-  
 ram Licinio Stoloni plebejo, alteram Au-  
 lo Sulpicio patricio conjugem dedit, qua-  
 rum plebeja cum fororem salutaret, cuius  
 vir

Ante Christ. vir Tribunus militum consulari potestate erat, fasces lictorio foribus appositos indecenter expavit. A sorore irrisa, marito questa est; qui adjuvante socero ut primum tribunatum plebis aggressus est, legem tulit, ut alter Consul ex plebe crearetur. Lex, resistente Appio Claudio, lata tamen: & primus Licinius Sto-lo Contul factus. Idem legem fancivit, ne cui plebejo plus quingenta jugera agri habere liceret. Ipse autem cum jugera quingenta haberet, & altera emancipati filii nomine possideret, in judicium vocatus, primus omnium sua lege punitus est.

451 Populus Romanus cum seditionis Magistratus ferre non posset, Decemviros legibus scribendis creavit, qui eas ex libris Solonis translatas, duodecim Tabulis exposuerunt. Sed cum pactio dominationis magistratum sibi porogarent: unus ex ipsis Appius Claudius Virginiam, Virginii Centurionis filiam, in Algido militantis, adavavit. Quam cum corrumpere non posset, clientem subornavit, qui eam in servitutem deposceret, facile victurus, cum ipse esset & accusator, & judex. Pater, recognita, cum ipso die judicii supervenisset, & filiam jam addiclam videret, ultimo ejus alloquio impetrato, eam in secretum abduxit, & occidit. Corpus ejus humeris gerens, ad exercitum profugit, & milites ad vindicandum facinus accedit: qui, creatis decem Tribunis, Aventinum occuparunt. Decemviros abdicare se Magistratu coegerunt, eosque omnes aut morte

449 te

*Ante Christ.* te, aut exilio punierunt. Appius Claudius in carcere necatus est.

343 Publius Decius Mus, bello Samnitico, sub Valerio Maximo & Cornelio Cosso Consulibus, Tribunus militum, exercitu, in angustiis Gauri montis insidiis hostium clauso, accepto, quod postulaverat, praesidio, in superiorem locum evasit; hostes terruit. Ipse intemperata nocte per medias custodias somno oppressas incolumis evasit. Ob hoc ab exercitu civica corona (de queru, quæ dabatur ei, qui cives in bello servasset; obsidionali, quæ dabatur ei, qui obsidione cives liberasset) donatus est. Consul bello Latino, collega Manlio Torquato, positis apud Veserim fluvium castris, cum utriusque consuli somnio obvenisset, eos viatores futuros, quorum dux in prallo cecidisset, tum, collato cum collega somnio, cum convenisset, ut cuius cornu in acie laboraret, Dis se Manibus voveret: inclinante sua parte, se & hostes per Valerium Pontificem Dis Manibus devovit. Impetu in hostes facto, victoriam suis reliquit. Corpus a collega laudatum, magnifice sepultum est.

295 Titus Manlius Torquatus ob ingenii & linguae tarditatem a patre rus delegatus, cum audisset ei diem dictam a Pomponio Tribuno plebis, nocte urbem petiit. Secretum colloquium a Tribuno impetravit, & gladio stricto dimittere eam accusationem terrore multo compulit. Sulpicio Dictatore, Tribunus militum Gallum provocatorem occidit. Torquem ei detratum

*Ante Christ.* Etium cervici sus induit, (unde Torquatus.) Consul bello Latino filium suum, quod contra imperium pugnasset, securi percussit. Latinos apud Veserim fluvium, Decii collegae devotione, superavit. Consulatum recusavit; quod diceret, neque se populi vitia, neque illum severitatem suam posse sufferre.

321 Titus Veturius, & Spurius Postumius Consules, bellum adversum Samnites gerentes, a Pontio Thelesino, duce hostium, in insidias inducti sunt. Nam ille simulatos trans fugas misit, qui Romanis docerent: Luceriam Apulam a Samnitibus obsideri, quo duo itinera ducebant, aliud longius et tutius, aliud brevius et periculosius. Festinatio brevius elegit. Itaque, cum in insidias venissent (qui locus Furculæ Caudinae vocabatur,) C. Pontius accitum patrem Herennium rogavit, quid fieri placeret. Ille ait, aut omnes occidendos, ut vires frangerentur; aut omnes dimittendos, ut beneficio obligarentur. Utroque improbatu consilio, omnes sub jugum misit ex fcedere, quod a Romanis postea improbatum est. Postumius Samnitibus deditus, nec receptus est.

325 Lucius Papirius, a velocitate Cursor, cum Dictatorem se, adversis omnibus, contra Samnites profectum esse sensisset, ad auspicia repetenda Romam regressus, edixit Fabio Rutilio, quem exercitui imponebat, ne manum cum hoste confereret. Sed ille opportunitate ductus, pugnavit.

*Ante  
Christ.* Reversus Papirius securi eum ferire voluit: ille in urbem confugit: nec supplicem Tribuni tuebantur. Dein pater lacrimis, populus precibus veniam impetrarunt. Papirius de Samnitibus triumphavit. Idem comis & jocorum studiosus; cum Prænestinum prætorem gravissime increpisset; Expedi, inquit, lictor secures: & cum eum metu mortis attonitum vidisset; incommodam ambulantibus radicem excendi jussit.

290 M. Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare Superum perpacavit. Regressus, in concione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepissim: tantum porro hominum cepi, ut fame peritari fuerint, nisi tantum agri cepissim. Pyrrhum Epirotam Italia expulit. Quaterna dena agri jugera viritim populo divisit. Sibi deinde totidem constituit, dicens, ne ninem esse debere civem, cui non tantum sufficeret. Legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipse in foco rapanas torreret; Malo, inquit, haec in filiis meis esse, & aurum habentibus imperare. Cum interversæ pecuniae argueretur, guttum ligneum, quo uti ad sacrificia conlueverat, in medium protulit, juravitque, se nihil amplius de præda hostili in domum suam convertisse. Appius Claudius Cæcus, in censura, viam usque Brundusium lapide stravit, unde illa Appia dicta.

*Ante  
Christ.* Pyrrhus, rex Epirotarum, materno gene-  
re ab Achille, paterno ab Hercule ori-  
undus, cum imperium orbis agitaret, &  
Rōmanos potentes videret, Apollinem de  
bello consuluit. Ille ambigue respondit:  
„Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.“  
Hoc dicto in voluntatem tracto, auxilio  
Tarentinorum bellum Romanis intulit,  
Lævinum consulem apud Heracleam ele-  
phantorum novitate turbavit. Cumque  
Romanos adversis vulneribus occisos vi-  
deret: Ego, inquit, talibus viris brevi  
orbem terrarum subigere potuisse. Amic-  
cis gratulantibus; Quid mihi cum tali vi-  
ctoria, inquit, ubi exercitus robur amit-  
tam? Ad vicecum ab urbe lapidem ca-  
stra posuit. Captivos Fabricio gratis red-  
didit. Viso Lævini exercitu, eandem  
sibi, ait, adversus Romanos, quam Her-  
culi adversus Hydram fuisse fortunam. A  
Curio & Fabricio superatus, Tarentum  
refugit, in Siciliam trajecit. Mox in Ita-  
liam Locros regressus, pecuniam Proser-  
pinæ avehere tentavit: sed ea naufragio  
relata est. Tum in Græciam regretius  
dum Argos oppugnat, iētu tegulæ pro-  
stratus est. Corpus ad Antigonum, re-  
gem Macedoniae, elatum magnifice se-  
pultum.

278 Pyrrhus cum secundo prælio, a Roma-  
nis effet pulsus Tarentum, interjecto an-  
no contra illum Fabricius missus est, qui  
prius inter legatos sollicitari non poterat,  
quarta regni parte promissa. Cum vici-  
na castra ipse, & rex haberent, medi-

*Ante  
Christ.*

cus Pyrrhi nocte ad eum venit, promittens, se Pyrrhum v<sup>n</sup>eno occisurum, si sibi quidquam polliceretur: quem Fabricius vincitum reduci jussit ad dominum, Pyrrhoque dici, quæ contra caput ejus medicus spopondisset. Tum Rex admiratus eum, dixisse fertur: ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol a suo cursu, averti posset.

### P E R I O D U S III.

*Roma de exteris hostibus victrix,  
sive*

*Virilis aetas ejusdem urbis, complectens  
annos 220.*

261 **C**ajus Duilius primo Punico bello dux contra Carthaginenses missus, cum vide-ret eos multum mari posse, classem vali-dam fabricavit: et (quas corvos voca-ve-re) manus ferreas cum irrisu hostium pri-mus instituit, quibus inter pugnandum hostium na<sup>v</sup>es triginta apprehendit, tre-decim mersit, qui vieti et capti sunt. An-nibal dux classis, Carthaginem fugit, et a senatu quæslivit, quid faciendum censem-ent? Omnibus, ut pugnaret, acclama-tibus: Feci, inquit, et vietus sum: sic poenam crucis effugit. Nam apud Poenos dux, male re gesta, puniebatur. Duilio concessum est, ut prælucente funali, et præcincte tibicine, a cena publice redi-ret. Marcus Atilius Regulus consul, fuis-Sallentinis, triumphavit; primusque Ro-

ma-

*Ante  
Christ.*

255

237

219

216

103

manorum ducum in Africam classem trahit. Ea quassata, de Amilcare naveis longas treis et sexaginta accepit. Oppida ducenta, & hominum decem millia cepit. Absente eo, conjugi et liberis, ob paupertatem sumtus publice dati. Mox arte Xanthippi Lacedæmonii, mercenarii militis, captus, Romam missus, dato jurejurando, ut, si non impetrasset, ita demum rediret, in senatu conditionem disfusas; reiectisque a se conjugi et liberis Carthaginem regressus, ubi in arcam ligneam conjectus, clavis introrsum actis, vigiliis ac dolore punitus est. Annibal, Amilcaris filius, novem annos natus a patre aris admotus, odium in Romanos perenne juravit. Exinde socius & miles in castris patris fuit. Mortuo eo, causam belli quærens, Saguntum, Romanis foederatam intra sex mentes evertit. Tum Alpibus patefactis, in Italiam trajecit; P. Scipionem apud Ticinum; Sempronium Longum apud Trebiam; Flaminium apud Traitemenum; Paulum et Varronem apud Cannas superavit. Cumque Urbem capere posset, in Campaniam devertit, cuius deliciis elanguit. Et cum ad tertium ab urbe lapidem castra posuisset, primum a Fabio maximo fractus, deinde a Valerio Flacco repulsus, a Graccho et Marcello fugatus, in Africam revocatus, a Scipione superatus, ad Antiochum regem Syriae confugit, eumque hostem Romanis fecit. Quo victo, ad Prusiam, Bithyniæ

*Ante  
Christ.* regem, concessit; unde Romana legatione per Titum Flaminium repetitus, ne Romanis traderetur, hausto, quod sub annuli gemma habebat, veneno, absuntus est. Positus apud Libyssam in arca lapidea, in qua hodieque inscriptum est, „Annibal hic situs est.“

217 Quintus Fabius Maximus Cunctator, Verrucosus a verruca in labris sita; Ovicula a clementia morum dictus, consul de Liguribus triumphavit. Annibalem mora fregit. Minucium, magistrum equitum, imperio sibi aequari passus est; nihilominus periclitanti subvenit. Annibalem in agro Falerno inclusit. Manlium Statilium transfugere ad hostes volentem, equo & armis donatis, retinuit. De redemptione captivorum cum hostibus pepigit: quod pactum cum a Senatu improbaretur, fundum suum ducentis millibus vendidit, & fidei sua satisfecit.

Publius Scipio ex virtutibus cognominatus Africanus. Jovis filius creditus; nam antequam conciperetur, serpens in lecto matris ejus apparuit, & ipsi parvulo draco circumfusus, nihil nocuit. In Capitolum intempestiva nocte eunti nunquam canes allatraverunt. Nec hic quidquam prius cœpit, quam in cella Jovis diutissime sedisset, quasi divinam mentem acciperet. Decem & octo annorum patrem apud Ticinum singulari virtute servavit. Clade Cannensi, nobilissimos juvenes, Italiam deferere cupientes sua auctoritate compescuit. Reliquias incolumes per media ho-

*Ante* hostium castra Canusium perduxit. *Vi-*  
*Christ.* *ginti* quatuor annorum Prætor in Hispaniam missus, novam Carthaginem, qua die  
*311* venit, cepit. Virginem pulcherrimam, ad cuius aspectum concurrebat, ad se vexit adduci, patrique ejus ac sponso re-  
*Asdrubalem*, Magonemque, fratres Annibalis, Hispania expulit, amicitiam cum Syphace, Maurorum rege, conjunxit. Massinissam in societatem re-  
*cepit*. Victor domum regressus, consul ante annos factus, concedente collega, in Africam classem trajecit. Asdrubalis & Sy-  
*phacis* castra una nocte perrupit. Revo-  
*catum* ex Italia Annibalem superavit. Vi-  
*Etis* Carthaginensibus leges imposuit. Bel-  
*llo* Antiochi legatus fratri fuit; captum filium gratis recepit. A Petilliis ac Næ-  
*vio* Tribunis plebis repetundarum accu-  
*satus*, librum rationum in conspectu po-  
*puli* scidit; “Hac die, inquit, Carthagi-  
*nem* vici: bonum factum! in Capito-  
*lium* eamus, & Diis supplicemus.” In-  
*de* in voluntarium exsilium concessit, ubi  
*183* reliquam egit atatem. Moriens ab uxo-  
*re* petit, ne corpus suum Romanam refer-  
*retur*.

*192* Antiochus Syriae rex, nimia opum fidu-  
*cia* bellum Romanis intulit, specie Lysi-  
*machiae* repetundæ, quam a majoribus suis in Thracia conditam Romani posside-  
*bant*: statimque Græciam, insulasque ejus occupavit. In Eubœa luxuria elan-  
*guit*. Adventu Acilii Glabronis excita-  
*tus*, Thermopylas occupavit; unde indu-  
*L 4* *fria*

*Ante  
Christ.* stria Marci Catonis ejectus, in Asiam re-fugit. Navalī prælio, cui Annibalem præfecerat, a L. Aemillio Regillo supe-ratus, filium Scipionis Africani, quem inter navigandum ceperat, patri remisit; qui ei pro reddenda gratia suasit, ut amicitiam Romanorum peteret. Antiochus spredo confilio, apud Sipyolum montem cum L. Scipione conflixit. Vixus, et ultra Taurum montem relegatus, a fodalibus, quos temulentus in convivio pulsaverat, occisus est.

190 Lucius Paulus Aemilius, filius ejus, qui apud Cannas cecidit, primo consulatu, quem post tres repulsas adeptus erat, de Liguribus triumphavit. Rerum gestarum ordinem in tabula pictum publice posuit. Iterum consul Perseus, Philippi filium, re-gem Macedonum, apud Samothracas ce-pit; victum flevit, et assidere sibi jussit: tamen in triumphum duxit. In hac læ-titia duos filios amisit: et, progressus ad populum, gratias fortunæ egit, quod si-quid adverbi Reipublicæ imminebat, sua esset calamitate decisum. Ob hæc omnia ei a populo et a Senatu concessum est, ut ludis Circensibus triumphali veste uteretur. Ob hujus continentiam et paupertatem post mortem ejus dos uxori, nisi venditis possessionibus, non potuit ex-solvi.

168 147 Quintus Cæcilius Metellus, a domita Macedonia, Macedonicus, prætor, Pseu-dophilippum, qui idem Andriscus dictus est, vicit. Achæos his prælio fudit;

tri-

*Ante  
Chrīſt.* triumphandos Mumio tradidit. Invisus plebi ob nimiam severitatem, et ideo post duas repulsas consul ægre factus, Arbaeos in Hispania domuit. Apud Contrebiam oppidum cohortes loco pulsas, redire, et locum recipere jussit. Cum omnia proprio et subito consilio ageret, amico cuidam, quid aucturus esset, roganti: „Tunicam, inquit, meam exurerem, si eam consilium meum scire existimarem.“ Hic quatuor filiorum pater, supremo tempore humeris eorum ad sepulcrum elatus est; ex quibus tres consulares, unum etiam triumphantem vidit.

88 Caius Marius septies consul, Arpinas, humili loco natus, primis honoribus per ordinem functus, Jugurtham captum ante currum egit. Teutones in Gallia, Cimbros in Italia, vicit. Sexies consul, cum Sulpiciana rogatione, provinciam Syllæ eriperet, armis ab eo victus, Minturnis in palude delituit. Inventus et in carcere conjectus, immisum percussorem Gallum vultus auctoritate deterruit: acceptaque navicula in Africam trajecit: ibi diu exsulavit. Mox Cinnana dominatione revocatus, ruptis ergastulis, exercitum fecit: cæsisque inimicis, injuriam ultus, septimo consulatu, ut quidam furent, voluntaria morte deceſſit.

82 Caius Marius filius viginti quinque annorum consulatum invasit: quem honorem tam immaturum mater flevit. Hic patri favitia similis, curiam armatus obsedit,

*Ante  
Christ.*

inimicos trucidavit, quorum corpora in Tiberim præcipitavit. In apparatu belli, quod contra Syllam parabatur, apud Sacriportum vigiliis & labore defessus, sub dio requievit: & absens vicitus, fugæ non pugnæ interfuit. Præneste refugit, ubi per Lucretium Ofellam obfessus, tentata per cuniculum fuga, cum omnia septa intelligeret, jugulandum se Pontio Telesino præbuit.

Marcus Aemilius Scaurus, nobilis, pauper: nam pater ejus, quamvis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit. Ipse primo dubitavit, honores peteret, an argentariam faceret; sed eloquentiæ consultus, ex ea gloriam peperit. (Consul) P. Decium Prætorem, transeunte ipso sedentem, jussit assurgere, eique vestem scidit, sellam concidit: ne quis ad eum in jus iret, edixit. Censor viam Aemiliam stravit, pontem Milvium fecit. Filium suum, quia præsidium deseruerat, in conspectum suum vetuit accedere. Ille ob hoc dedecus mortem sibi concrivit. Scaurus senex cum a Vario Tribuno plebis argueretur, quasi socios & Latium ad arma coegisset, apud populm ait; "Varius,, Sucronensis Aemilium Scaurum ait so-,, cios ad arma coëgisse; Scaurus negat;,, utri potius credendum putatis"? Cornelius Sylla, a fortuna felix dictus, cum parvulus a nutrice ferretur, mulier obvia: Salve, inquit, Puer, tibi & Rei-  
pu-

115

- Ante  
Christ.* publicæ tuæ felix : & statim quæsita,  
quæ hoc dixisset, non potuit inveniri.  
Hic, Quæstor Marii, Jugurham a Boc-  
cho in ditionem accepit. Bello Cimbri-  
co & Teutonico legatus, bonam operam  
navavit. Prætor inter cives jus dixit,  
82 Mario Præneste interfecto, Felicem se  
edictio appellavit. Proscriptionis tabulas  
primus proposuit. Novem millia dedito-  
rum in villa publica cecidit. Republica  
ordinata, dictaturam deposita, unde sper-  
ni coepit, Puteolos concessit, & morbo,  
qui phthiriasis vocatur, interdit.
- 88 Mithridates, rex Ponti, magna vi animi  
& corporis, ut sexjuges equos regeret,  
duarum, & viginti gentium ore loquere-  
tur. Bello sociali dissidentibus Romanis,  
Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cap-  
padocia expulit. Litteras per totam Afri-  
am misit, ut quicumque Romanus esset,  
certa die intericeretur ; & factum est.  
Græciam, insulasque omnes, excepta  
Rhodo, occupavit. Sylla eum prælio vi-  
cit ; classem ejus, proditione Archelai,  
intercepit ; ipsum apud Orchomenum op-  
pidum fudit ; & oppressisset, nisi adver-  
sum Marium festinans, qualemcumque pa-  
cem componere maluisset. Deinde eum Ca-  
biris resistentem Lucullus fudit. Mithri-  
dates post a Pompejo nocturno prælio  
victus, in regnum confugit ; ubi per sedi-  
tionem popularium a Pharnace filio in tur-  
re obfessus, venenum sumvit. Quod cum  
tardius subiret, quia adversum venena  
mul-

*Ante  
Cbrif.* multis antea medicaminibus corpus firmar-  
at; immisum percussorem Gallum Sitho-  
cum, auctoritate vultus territum revoca-  
vit, et in cædem suam manum trepidantis  
adjuvit.

Cneus Pompejus magnus, civili bello  
Syllæ partes secutus, ita egit, ut ab eo  
maxime diligetur. Siciliam sine bello a  
proscriptis recepit. Numidiam, Hiarbæ  
eruptam, Massinissæ restituit. Viginti tex  
annos natus triumphavit. Lepidum, aëla  
Syllæ rescindere volentem, privatus Ita-  
lia fugavit. Prætor in Hispaniam pro con-  
sulibus missus Sertorium vicit. Mox Pi-  
ratas intra quadragesimum diem subegit.  
67 Tigranem ad deditiōnem, Mithridatem ad  
venenum compulit. Deinde mira felicita-  
te et celeritate nunc in septentrione Al-  
banos, Colchos, Heniochos, Caspios,  
Iberos, nunc in oriente, Parthos, Arabas  
atque Judæos cum magno sui terrore per-  
nètravit. Primus in Hircanum, Caspium  
Rubrum et Arabicum mare usque per-  
venit. Mox cum, diviso orbis imperio,  
Crasfus Syriam, Cæsar Galliam, Pom-  
pejus urbem obtineret, post cædem Cras-  
fi, Cæfarem dimittere exercitum jussit.  
Cujus infesto adventu urbe pulsus, in Phars-  
alia vietus, ad Ptolemaum Alexandriæ  
regem configit. Ejus imperio ab Achil-  
la et Photino satellitibus occisus est. Hu-  
ius latus sub oculis uxoris & liberorum a  
Septinio, Ptolemai præfecto, mucrone  
confossum est. Jamque defuncti caput gla-  
dio præcisum, quod usque ad ea tempo-

*Ante  
Cbrist.* ra fuerat adoratum. Truncus Nilo jactus  
a Servio Codro rogo inustus, humatusque  
est, inscribente sepulcro, „Hic situs est  
Magnus Pompejus.“ Caput ab Achil-  
la, Ptolemæi fatellite, Aegyptio velami-  
ne involutum, cum annulo Cæsari præ-  
sentatum est: qui, non continens lacri-  
mas, illud plurimis & pretiosissimis odo-  
ribus cremandum curavit.

*Ex Sexto Aurelio Victore*

*Excerptorum Finis.*





EX

## CORN. NEPOTE EXCERPTA.

### EX MILTIADE.

*Ante Christ.*  
490

**M**ersarum rex Darius, ex Asia in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum inferre decrevit. Pontem fecit in Istro flumine; qua copias traduceret. Ejus pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Jonia & Aeolide duxerat: quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia. In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa custodia crederetur. Hic, cum crebri afferrent nuntii, male rem gerere Darium, premique ab Scythis; Miltiades hortatus est pontis custodes, ne a fortuna datam occasionem liberandæ Græcæ dimitterent. Nam, si cum his copiis, quas secum

*Ante  
Christ.* cum i transportaverat , interiisset Darius , non solum Europam fore tutam , sed etiam eos , qui Asiam incolerent Græci gene- re , liberos a Persarum futuros domina- tione & periculo . Id et facile effici posse . Ponte enim r scisso , regem vel hostium ferro , vel inopia , paucis diebus interitu- rum . Ad hoc consilium cum plerique ac- cederent ; Histieus Milesius , ne res con- ficeretur , obstitit . Hujus cum sententiam plurimi essent secuti : Miltiades , non dubi- tans , tam multis conscientis ad regis aures confilia sua p ventura , Chersonesum re- liquit , ac rursus Athenas demigravit . Cu- jus ratio et si non valuit , tamen magnope- re est laudanda , cum amicior omnium li- bertati , quam suæ fuerit dominationi .

Darius autem , cum ex Europa in Asiam redisset , hortantibus amicis , ut Græciam redigeret in suam potestatem , classem quin- gentarum navium comparavit , eique Da- tium præfecit , & Artaphernem ; hisque du- centa peditum , decem millia equitum de- dit . Illi classe ad Euboeam appulsa , ce- leriter Eretriam ceperunt . Inde ad At- ticam acceperunt , ac suas copias in cam- pum Marathona deduxerunt . Is abest ab oppido circiter millia passuum decem . Hoc tumultu Athenienses tam propinquo , tam- que magno permoti , auxilium nusquam nisi a Lacedæmoniis , petiverunt . Domi autem creant decem prætores , qui exer- citui præfissent , in eis Miltiadem . Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit , præter Platæenses . Ea mil- le

*Ante  
Christ.* le misit militum. Itaque horum adventu decem millia armatorum completa sunt: quæ manus mirabili fragabat pugnandi cupiditate.

Miltiadis auctoritate impulsi Athenienses copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero die sub montis radicibus, acie e regione instructa, nova atre, vi summa prælium commiserunt. Datis, et si non æquum locum videbat suis, tamen fretus numero copiarum suarum, configere cupiebat: eoque magis, quod, priusquam Lacedæmonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit, præliumque commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium profligarent: adeoque perterrituerunt, ut Persæ non castra, sed naves, peterent. Quia pugna nihil adhuc est nobilius. Nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes prostravit. Cujus victoriae, non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere: quo facilius intelligi possit, eandem omnium civitatum esse naturam. Ut enim populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi nunc autem filii; atque obsoleti: sic olim apud Athenienses fuisse reperimus. Namque huic Militiadi, qui Athenas, totamque Græciam liberarat, talis honos tributus est in porticu, quæ Poscile vocatur, cum pugna de-

pin-

*Ante Christ.* pingeretur Marathonia, ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, præliumque committeret. Idem ille populus, postquam majus imperium est natus, & largitione magistratum corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo decrevit.

## EX THEMISTOCLE.

482 Cum Xerxes & mari & terra bellum universæ inferret Europæ; cum tantis eam copiis invasit, quantas neque antea, neque postea habuit quisquam. Cujus de adventu cum fama in Græciam effet perlata, & maxime Athenientes peti dicerentur, propter pugnam Marathoniam: miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, ut mœnibus ligneis se munirent. Id responsum cum inteligeret nemo: Themistocles persuasit, consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conserrent: eum enim a deo significari murum ligneum. Tali consilio probato, oppidum relinquunt.

III Hujus consilium plerisque civitatibus displicebat, & in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida, Lacedæmoniorum rege, qui Thermopylas occuparent, longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostiam non sustinuerunt, eoque loco omnes interierunt.

Ante  
Christ.

IV. At Xerxes , Thermopolis expugnatis, protinus accessit Aby , idque nullis defendantibus , interfecit sacerdotibus , quos in arce invenerat, incendio delevit. Cujus fama perterriti classiarii, cum manere non auderent, & plurimi hortarentur, ut domos suas discederent, moenibusque se defenderent; Themistocles unus restitit , &, universos esse pares, ajebat, dispersos testabatur perituros. Idque Eurybiadi , regi Lacedæmoniorum , qui tum summae imperii prærat , fore affirmabat. Quem cum minus, quam vellet, moveret, noctu de servis suis , quem habuit fidelissimum , ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis: adversarios ejus in fuga esse: qui si discellissent, majore cum labore & longinquiore tempore bellum confectionum, cum singulos confectionare cogeretur: quos si statim aggredieretur, brevi universos oppressurum. Hoc eo valebat, ut ingratis ad depugnandum omnes cogerentur. Hac re audita, barbarus, nihil doli subesse credens, postridie alienissimo sibi loco, contra opportunissimo hostibus, adeo angusto mari confixit, ut ejus multitudo navium explicari non potuerit. Vicitus ergo est magis consilio Themistoclis, quam armis Gracie.

V. Hic etsi male rem gesserat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere posset hostes. Interim ab eodem gradu depulsus est. Nam Themistocles, verens, ne bellare perseveraret, ceptiorem eum fecit, id agi , ut pons,

*Ante  
Christ.*

ponis quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac reditu in Asiam excluderetur. Idque ei persuasit. Itaque, qua sex mensibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Asiam reversus est, seque a Themistocle non superatum, sed conservatum judicavit. Sic unius viri prudentia Græcia liberata est, Europæque succubuit Asia. Hæc altera victoria, quam Marathonio possit comparari tropæo: nam pari modo apud Salamina parvo numero navium maxima post hominum memoriam, classis est devicta.

### EX ARISTIDE.

477 Quamquam adeo excellebat Aristides abstinentia, ut cognomine Justus sit appellatus; tamen a Themistocle collabefactus testula illa, exsilio decem annorum multatus est. Qui quidem, cum intelligeret, reprimi concitatam multitudinem non posse, cedensque animadverteret quandam scribentem, ut patria pelleretur; quæfuisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanta poena dignus duceretur? Cui ille respondit: „Se „ ignorare Aristidem; sed sibi non placere, quod tam cupide elaborasset, ut „ præter cæteros Justus appellaretur.“

### EX PAUSANIA.

481 I. Pausanias, Lacedæmonius, magnus homo, sed varius in omni genere vita fuit;

M 2

Nam

*Ante  
Christ.* Nām, ut virtutibus eluxit, sic vitiis est ob-  
rutus. Hujus illuſtrissimum est prælium  
apud Platæas: namque illo duce Mar-  
donius, satrapes regius, natione Medus,  
regis gener, in primis omnium Persarum  
& manu fortis & consilii plenus cum  
ducentis millibus peditum, quos viritim  
legerat, & viginti millibus equitum, haud  
ita magna manu Græcia fugatus est; eo-  
que ipse dux cecidit prælio. Qua victo-  
ria elatus plurima miscere coepit, & ma-  
jora concupiscere. Sed primum in eo est  
reprehensus, quod ex præda tripodem au-  
reum Delphis posuisset, epigrammate scri-  
pto, in quo erat hæc sententia: „*Suo  
ductu barbaros apud Platæas esse deletos,  
ejusque victoria ergo Apollini donum de-  
diffe*“. Hos versus Lacedæmonii ex-  
sculperunt, néque aliud scripserunt, quam  
nomina earum civitatum, quarum auxilio  
Persæ erant vieti.

II. Post id prælium eundem Pausaniam  
cum classe communī Cyprum atque Helle-  
spontum miserunt, ut ex his regionibus  
barbarorum præsidia depelleret. Pari fe-  
licitate in ea re usus, elatius se gerere  
coepit, majoresque appetere res. Nam  
cum cepisset complures Persarum nobiles,  
ataque in his, nonnullos regis propinquos:  
hos clam Xerxi remisit, simulans ex vin-  
culis publicis effugisse; & cum his Gon-  
gylum Eretrienſem, qui literas regi red-  
deret, in quibus hæc fuſſe scripta Thu-  
cydides memoriae prodidit: „*Pausanias,  
dux Spartæ, quos Byzantii ceperat,*  
„*posſit*“

ob-  
 lium  
 Mar-  
 dus ,  
 arum  
 cum  
 ritim  
 haud  
 eo-  
 dico-  
 ma-  
 o est  
 au-  
 scri-  
 , suo  
 tor,  
 de-  
 ex-  
 uam  
 ilio  
 iam  
 lle-  
 bus  
 fe-  
 rere  
 Nam  
 es ,  
 os :  
 vin-  
 on-  
 ed-  
 hu-  
 ias ,  
 at ,

*Ante Christ.* „ postquam propinquos tuos cognovit ,  
 „ tibi muneri misit; seque tecum affinitate  
 „ conjungi cupit. Quare , si tibi vide-  
 „ tur, des ei filiam tuam nuptum. Id si  
 „ feceris , & Spartam , & ceteram Græ-  
 „ ciam sub tuam potestatem se , adjuvante  
 „ te , redacturum pollicetur. His de re-  
 „ bus si quid geri volueris , certum ho-  
 „ minem ad eum mittas fac , cum quo  
 „ colloquatur.” Rex tot hominum sa-  
 lute, tam sibi necessariorum , magnopere  
 gavissus , confessim cum epistola Artaba-  
 zum ad Pausaniam mittit: in qua eum  
 collaudat , ac petit , ne cui rei parcat ad  
 ea perficienda , quæ pollicetur. Si fece-  
 rit , nullius rei a se repulsam laturum.  
 III. Hujus Pausanias voluntate cognita ,  
 non mores patrios solum , sed etiam cultum ,  
 vestitumque mutavit. Apparatu re-  
 gio utebatur , veste Medica : satellites  
 Medi & Aegyptii sequebantur : epulabat-  
 tur more Persarum luxuriosius , quam , qui  
 aderant , perpeti possent: aditum petenti-  
 bus conveniendi non dabant : superbe re-  
 spondebat , & crudeliter imperabat. Spar-  
 tam redire nolebat : Colonas , qui locus  
 in agro Troadis est , se contulerat. Id post-  
 quam Lacedæmonii resciverunt , legatos  
 ad eum cum scytala miserunt , in qua mo-  
 re illorum erat scriptum ; nisi domum re-  
 verteretur , se capitis eum damnaturos .  
 Hoc nuntio commotus , sperans , se etiam tum  
 pecunia & potentia instans periculum pos-  
 te depellere , domum rediit. Huc ut ve-  
 nit , ab Ephoris in vincula publica con-

*Ante  
Christ.*

jectus est. Nam opinio manebat , eum cum rege habere societatem. Est genus quoddam hominum , quod Helotes vocatur , quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit , servorumque munere fungitur. Hos quoque sollicitare spe libertatis existimabatur. Sed , quod harum rerum nullum erat apertum crimen , quo argui posset , non putabant de tali , tamque claro viro suspicionibus oportere judicari , sed expectandum , dum se ipsa res aperiret.

IV. Interim Argilius quidam adolescentulus , cum epistolam ab eo ad Artabazum accepisset , eique in suspicionem venisset , aliquid in ea de se esse scriptum , quod nemo eorum rediisset , qui super tali causa eodem missi erant ; vincula epistolæ laceravit , signoque detracto cognovit , si pertulisset , sibi esse pereundum. Erant in eadem epistola , quæ ad ea pertinebant , quæ inter regem Pausaniamque convenerant. Has ille literas Ephoris tradidit. Non est prætereunda gravitas Lacedæmoniorum hoc loco. Nam ne hujus quidem indicio impulsi sunt , ut Pausaniam comprehenderent : neque prius vim adhibendam putaverunt , quam se ipse indicasset. Itaque huic indici , quid fieri vellent , præceperunt. Fanum Neptuni est , quod violari nefas putant Graci. Eo ille index confudit : in ara confedit. Hanc juxta locum fecerunt sub terra , ex quo posset audiri , si quis quid loqueretur cum Argilio. Huc ex Ephoris quidam

*Ante  
Christ.*

dam descenderunt. Pausanias, ut audivit Argilium configuisse in aram, perturbatus eō vénit: quem cum supplicem Dei vide-ret in ara sedentem, querit, causæ quid sit tam repentina consili. Huic ille, quid ex litteris comperisset, aperit. Tanto magis Pausanias perturbatus orare cœ-pit, ne enuntiaret, nec se, meritum de illo optime, proderet: quod si eam veniam sibi dedisset, tantisque implicitum rebus sublevasset, magno esse ei præmio futu-rum.

V. His rebus Ephori cognitis satius pu-taverunt, in Urbe eum comprehendendi. Quo cum essent profecti, & Pausanias, placa-to Argilio, ut putabat, Lacedæmonem reverteretur: in itinere, cum jam in eo esset, ut comprehenderetur, insidias sibi fieri intellexit. Itaque in ædem Miner-væ configuit. Hinc ne exire posset, sta-tim Ephori valvas ejus ædis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quo facilius sub divo interiret. Dicitur, eo tempore ma-trem Pausaniae vixisse, eamque jam ma-gno natu, postquam de scelere filii com-perit, in primis, ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis adtulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte maculavit. Hic cum semianimis de tēmplo elatus esset, confestim animam efflavit.

*Ante  
Christ.*

## EX CIMONE.

427 Cimon, Miltiadis filius, Atheniensis, fuit tanta liberalitate, cum compluribus locis prædia hortosque haberet, ut nunquam in eius custodem imposuerit fructus fervandi gratia, ne quis impediretur, quo minus eis rebus. quibus quisque vellet, frueretur. Semper eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut si quis opis ejus indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpe, cum aliquem offensum fortuna videret minus bene vestitum, suum amiculum dedit. Quotidie sic cœna ei coquebatur, ut, quos non vocatos vidisset in foro, omnes devocaret: quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit: multos locupletavit: complures pauperes mortuos, qui, unde efferrentur, non reliquissent, suo sumtu extulit.

## EX LYSANDRO.

400 IV. Cum Lysander Lacedæmonius, præfetus classis, Pharnabazo (duce) satrapa regis, in bello multa crudeliter, avareque fecisset; deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum: petuit a Pharnabazo, ut ad Ephoros sibi testimonium daret, quanta sanctitate bellum gessisset, sociosque tractasset, deque ea re accurate scriberet; magnam enim ejus auctoritatem in ea re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur, Librum gravem multis

*Ante  
Christ.*

tis verbis conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. Quem cum legisset, probassetque, dum obsignatur, alterum pari magnitudine, ut discerni non posset, signatum subjecit, in quo accuratissime ejus avaritiam, perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum cum redisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum, quæ voluerat, dixerat: testimoniī loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, submoto Lysandro, cum Ephori cognoscent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse suus fuit accusator.

## EX ALCIBIADE.

413

I. Alcibiades, Cliniæ filius, Atheniensis, educatus est in domo Periclis, eruditus a Socrate. Bello Peloponnesiaco hujus consilio atque auctoritate Atthenienses bellum Syracusanis indixerunt; ad quod gerendum ipse dux electus est.

IV. Instabat tempus ad bellum proficiendi. Id ille metuens, neque ignorans civium suorum consuetudinem, postulabat, ut, si quid de se agi veilent, potius de præsente questio haberetur, quam absens invidiae crimine accusaretur. Inimici vero ejus quiescendum in præsenti, & illud tempus exspectandum decreverunt, quo exiliet: itaque fecerunt. Nam postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt, absentem, quod sacra violasset, reum fecerunt. Qua de re cum ei nun-

*Ante  
Chrīſt.* tius a magistratu in Siciliam missus effet, ut domum ad causam dicendam rediret: non parere noluit, & in triremem, quae ad eum deportandum erat missa, ascendit. Hac Thurius in Italiam pervectus, multa secundum reputans, utilissimum ratus impenden-tem evitare tempestatem, clam se a custodi-bus subduxit, & inde primum Elidem, deinde Thebas venit. Postquam autem se capitisi damnatum audivit, Lacedæmonem degravat. Hujus consilio Lacedæmonii cum Persarum Rege amicitiam fecerunt: quo facto, multo superiores bello esse coeperunt. V. Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati. Nam, cum acerrimi viri præstantem prudentiam in omnibus rebus cognosce-rent, pertimuerunt, ne caritate patriæ ductus, aliquando ab ipsis descisceret, & cum suis in gratiam rediret. Itaque tem-pus ejus interficiendi querere intituerunt. Id Alcibiadi diutius celari non potuit. Erat enim ea sagacitate, ut decipi non posset, præsertim cum animum attendisset ad ca-vendum. Itaque ad Tissaphernem, præ-fectum regis Darii, se contulit. Cujus cum in intimam amicitiam pervenisset, cum Pi-sandro prætore, de reditu suo fecit men-tionem. Ab hoc destitutus, primum per Thrasybulum, post, suffragante Theramene, populis cito restituitur, parique absens im-perio præficitur simul cum Thrasybulo & Theramene. Horum imperio tanta com-mutatio rerum facta est, ut Lacedæmonii, qui paulo ante victores vigerant, per-ter-

*Ante Christ.* territi pacem peterent. Alcibiades simul cum collegis receperat Joniam. Inde præda onusti, maximis rebus gestis, Athenas venerunt.

VI. His cum obviam universa civitas in Pyræum descendisset, tanta fuit omnium exspectatio visendi Alcibiadis, ut ad ejus tritemem vulgus confluueret, perinde ac si solus advenisset. Hic ut navi egressus est, coronis aureis æneisque vulgo donabatur. Ille lacrimans talem benevolentiam civium suorum accipiebat, reminiscens pristini temporis acerbitatem. Postquam Asty venit, concione advocata, sic verba fecit, ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrimarit. Restituta ergo huic sunt publice bona.

VII. Hæc Alcibiadi lætitia non nimis fuit diurna. Nam in invidiam recidit: ex quo siebat, ut omnia minus prospere gesta ejus culpas tribuerent. Timebatur enim non minus, quam diligebar. Id ille ut audivit, se Perinthum contulit, ibique tria castella communivit.

IX. Neque tamen a caritate patriæ potuit recedere. Non satis tuta eadem loca sibi arbitratus penitus in Thraciam se supra Propontidem abdidit, sperans ibi facilime suam fortunam oculi posse; sed falso. Nam Thraces postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt, insidias ei fecerunt. Ille cernens, nullum locum sibi tutum in Græcia, ad Pharnabazum in Asiam transiit: quem quidem adeo suacepit humanitate, ut eum nemo in amicitia

*Ante  
Chrif.*

antecederet. Quia fortuna Alcibiades non contentus, ad patriam liberandam omniferebatur cogitatione. Sed videbat id sine rege Persarum non posse fieri: ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi.

X. Hęc cum moliretur, peteretque a Pharnabazo, ut ad regem mitteretur: tyranni Atheniensium, certos homines ad Lysandrum in Asiam miserunt, qui eum certiorem facerent, nisi Alcibiadēm sustulisset, nihil earum rerum fore ratum, quis ipse Athenis constituisse. Qua re commotus, statuit accuratius sibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo renuntiat, societatem, quę regi cum Lacedaemoniis esset, stare non posse, foederaque irrita futura, nisi Alcibiadēm vivum, aut mortuum tradidisset. Non tulit hoc satrapes, & violare clementiam, quam regis opes minui, maluit. Itaque misit ad Alcibiadēm interficiendum, cum ille esset in Phrygia, iterque ad Regem compararet. Missi, cum eum ferro aggredi non auderent, noctu ligna conferebant circa casam eam, in qua quiescebat, eamque succenderunt; ut incendio conficerent, quem manu superari posse diffidebant. Ille autem, sonitu ignis excitatus, flammę vim transiit.

Quem ut Barbari incendium effugisse eminus viderunt, telis missis interfecerunt, caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt. Sic Alcibiades, annos circiter quadraginta natus, diem obiit supremum.

*Anno  
Christ.*

## EX DATAME.

385

I. Venio nunc ad fortissimum virum, maximique consilii omnium barbarorum. Datames, patre Camissare, natione Care, matre Scythisca natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem, eorum, qui regiam tuebantur. Pater ejus Camissares, quod & manu fortis, & bello strenuus, & Regi multis locis fidelis erat repertus, habuit provinciam Ciliciam. Datames militare munus fungens primum, qualis esset, apparuit in bello, quod Rex adversus Cadusios gessit. Namque hic multis millibus regiorum interfectis, magni fuit ejus opera. Quo factum est, ut cum in eo bello cecidisset Camissares, paterna ei traderetur provincia.

II. Erat eo tempore Thyus dynastes Paphlagoniæ. Is Regi dicto audiens non erat. Quam ob causam bello eum persequi constituit, eique rei præfecit Datamen, propinquum Paphlagonis: namque ex fratre & sorore erant nati. Quam ob causam Datames omnia primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem cum venisset sine præsidio, quod ab amico nullas vetereretur infidias, pâne interiit. Nam Thyus eum clam interficere voluit. Ille fuga periculum evitavit, bellumque indixit Thyo. In quo cum ab Ariobarzane, præficio Lydiæ & Joniæ, totiusque Phrygiæ, desertus esset: nihil segnus per-

*Ante  
Chrif.*

perseveravit, vivumque Thyum cepit cum uxore & liberis.

Cujus facti ne prius fama ad Regem, quam ipse, perveniret, dedit operam. Itaque omnibus incis, eo, ubi erat Rex, venit, posteroque die Thyum, hominem maximi corporis, terribilique facie, quod & niger & capillo longo, barbaque erat promissa, optima ueste texit, quam satrapae regii gerere consueverant: ornavit etiam torque, & armillis aureis, ceteroque regio cultu. Ipse agresti dupliciti amiculo circumdatus, hirtaque tunica, gressens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, sinistra copulam, qua vinclum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret. Quem cum omnes adspicerent propter novitatem ornatus, ignotamque formam, ob eamque rem magnus esset concursus: fuit non nemo, qui agnosceret Thyum, regique nuntiaret. Primo non accreditit: itaque Pharnabazum misit exploratum. A quo ut rem gestam comperit, statim admitti iussit, magnopere delectatus cum faulo, tum ornatus: in primis, quod nobilis Rex in potestatem inopinanti venerat. Itaque magnifice Datamein donatum ad exercitum misit, qui tum contrahebatur, duce Pharnabazo & Tithraustae, ad bellum Aegyptium; parique eum atque illos imperio esse iussit. Postea vero quam Pharnabazum Rex revocavit, illi summa imperii tradita est.

Cum

*Ante  
Christ.* Cūm magnam benevolentiam Regis Data-  
mes consecutus esset, non minorem invi-  
diam aulicorum excepit, qui illum unum  
pluris, quam se omnes, fieri videbant:  
quo factō cuncti ad eum opprimendum  
consenserunt. Hæc Pandates, gazæ cu-  
stos regiæ, amicus Datami, perscripta ei  
mittit: in quibus docet, eum magno fore  
in periculo, si quid illo imperante, in  
Aegypto adversi accidisset. Namque eam  
esse consuetudinem regiam, ut casus ad-  
versos hominibus tribuant, secundos for-  
tunæ suæ. Quo fieri, ut facile impellan-  
tur ad eorum perniciem, quorum dueli  
res male gestæ nuntientur. Illum hoc ma-  
jore fore in discrimine, quod, quibus Rex  
maxime obediatur, eos habeat inimicissimos.  
Talibus ille litteris cognitis, quod, non  
ignorabat ea vere scripta, desciscere a  
Rege constituit. Neque tamen quidquam  
fecit, quod fide sua esset indignum. Nam  
Mandroclém Magnetem exercitui præfe-  
cit: ipse cum suis in Cappadociam di-  
scedit.

At Rex, quod implacibile odium in Da-  
tamem suscepérat, postquam bello eum op-  
primi non posse animadvertisit, insidiis inter-  
ficere studuit; quas ille plerasque vitavit.  
Sicut cum nuntiatum esset, quosdam sibi  
insidiari, qui in amicorum erant numero:  
(de quibus, quod inimici detulerant, ne-  
que credendum, neque negligendum pu-  
tavit;) experiri voluit, verum, falsumne  
sibi esset relatum. Itaque eo profectus  
est, quo itinere futuras insidias dixerant.

Sed

*Ante  
Christ.*

Sed elegit corpore & statura simillimum sui; eique vestitum suum dedit; atque eo loci ire, quo ipse consueverat, jussit. Ipse autem ornatu, vestituque militari, inter corporis custodes iter facere coepit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine, atque vestitu in eum faciunt impetum, qui suppositus erat. Prædixerat autem his Datames, cum quibus iter faciebat, ut parati essent facere, quod ipsum vidissent. Ipse, ut concurrentes insidiatores animadvertisit, tela in eos conjectit. Hoc idem cum universi fecissent, priusquam pervernirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi ceciderunt.

Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis, Ariobarzani filii, dolo. Namque is pollicitus est Regi, se eum interficendum, si ei Rex promitteret, ut, quodcumque vellet, liceret impune facere: fidemque de ea re, more Persarum, dextra dedisset. Hanc ut accepit, simulat se suscepisse cum Rege, inimicitias, copias parat, & absens anicitiam cum Datame facit, regis provincias vexat; castella expugnat, magnas prædas capit: quarum partem suis dispergit, partem ad Datamem mittit. Par modo complura castella ei tradit. Hac diu faciendo persuasit homini, se infinitum adversus Regem suscepisse bellum. Id cum satis se confirmasse arbitratus est, certiorem facit Datamem tempus esse maiores exercitus parari, bellum cum ipso

Re-

*Ante Christ.* Rege suscipi: deque ea re, si ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret. Probata re, colloquendi tempus sumitur, locusque, quo conveniretur. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim gladios obruit, ea que loca diligenter notat. Ipso autem colloquendi die utriusque, locum qui explorarent, atque ipsos scutarentur, mittunt. Deinde ipsi sunt congressi. Hic cum aliquamdiu in colloquio fuissent, & diversi discessissent, jamque procul Datames abes-  
set: Mithridates, priusquam ad suos per-  
veniret, ne quam suspicionem pareret, in  
eundem locum revertitur, atque ibi, ubi  
telum erat impositum, refedit, ut si a  
tassitudine cuperet acquiescere; Datame-  
que revocavit, simulans se quiddam in  
colloquio esse oblitum. Interim telum,  
quod latebat, protulit, nudatuunque va-  
gina teste texit, ac Datami venienti ait,  
digredientem se animadvertisse locum quen-  
dam, qui erat in conspectu, ad castra po-  
nenda esse idoneum. Quem cum digito  
monstrareret & ille conficeret: aversum  
ferro transfixit; priusque, quam quisquam  
posset succurrere, interfecit. Ita vir, qui  
multos consilio, neminem perfidia ceperat,  
simulata captus est amicitia.

## EX EPAMINONDA.

Epaminondas, Thebanus, adeo veritatis  
diligens erat, ut ne joco quidem mentiretur,  
*Pars I.* N

*Ante  
Christ.* tur. Paupertatem adeo facile perpetuus est, ut de Rep. nihil præter gloriam cœperit.

Tentata est ejus abstinentia a Diomedonte. Namque is, rogatu Artaxerxis, Epaminondam pecunia corrumpendum suscepserat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit, & Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem: quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit, & cauam adventus Diomedonis ostendit. At ille, Diomedonte coram, „ Nihil, inquit, opus pecunia est: nam „ si ea Rex vult, quæ Thebanis sunt „ utilia, gratis facere sum paratus: sin „ autem contraria, non habet auri atque „ argenti satis: namque orbis terrarum „ divitias accipere nolo, pro patriæ ca- „ ritate. Te, qui me incognitum tenta- „ sti, tuique similem existimasti, non „ miror, tibiique ignosco: sed egressere „ propere, ne alios corrumpas, cum me „ non potueris. Tu, Micythe, argen- „ tum huic redde, aut, nisi id confessim „ facis, ego te tradam magistratui". Hunc Diomedon cum rogaret, ut tuō exire, suaque, quæ attulisset, liceret efferre: „ istud, inquit, faciam; neque tua cau- „ sa, sed mea: ne, si tibi sit pecunia „ ademta, aliquis dicat, id ad me ere- „ tum pervenisse, quod delatum acci- „ pere noluisse". A quo cum quæ- „ sisset, quo se deduci vellet; & ille, Athē- „ nas

*effus  
ce-  
don-  
spa-  
ice-  
he-  
lum  
un-  
num  
con-  
ntis  
am,  
ham  
sunt  
sin  
que  
um  
ca-  
ta-  
non  
ere  
me  
en-  
tim  
inc  
re:  
au-  
nia  
re-  
ci-  
æ-  
te-*

*Ante  
Christ.*

nas, dixisset, præsidium dedit, ut eo tu-  
to perveniret.

Hic extremo tempore imperator apud  
Mantineam, cum, acie instructa, auda-  
cius instaret hostibus, cognitus a Lace-  
dæmoniis, quod in unius pernicie ejus  
patriæ sitam putabant salutem, universi  
in unum impetum fecerunt, neque prius  
abscesserunt, quam, magna cæde facta,  
multisque occisis, fortissime ipsum Epam-  
inondam pugnantem, sparo eminus per-  
cussum, concidere viderunt. Hujus casu  
aliquantum retardati sunt Boëtii: neque  
tamen prius pugna excecerunt, quam re-  
pugnantes profligaruunt. At Epaminondas  
cum animadverteret, mortiferum se vulnus  
aceperisse, simulque, si ferrum, quod ex  
hostili in corpore remanserat, extraxisset,  
animam statim emisurum: usque eo reti-  
nuit, quoad renuntiatum est, viciisse Boë-  
tios. Id postquam audivit, „Satis, in-  
„quit, „vixi: invictus enim morior.“.  
Tum ferro extracto, confessim exanima-  
tus est.

### EX PELOPIDA.

382 Phœbidas Lacedæmonius, cum exerci-  
tum Olynthum duceret, iterque per The-  
bas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea  
nominatur, occupavit impulsu perpaucorum  
Thebanorum, qui, adversariæ factio-  
ni quo facilius resisterent, Laconum re-  
bus studebant; idque suo privato, non  
publico, fecit consilio. Quo facto eum La-

Ante  
Christ.

cedæmonii ab exercitu removerunt, pecuniaque multarunt. Neque eo magis arcam Thebanis reddiderunt, quod, suscep-  
tis inimicitias, fatius ducebant, eos obser-  
deri, quam liberari. Nam post Peloponne-  
sium bellum Athenasque devictas, cum The-  
banis sibi rem esse existimabant: & eos  
esse solos, qui adversus resistere aude-  
rent. Hac mente amicis suis summas po-  
testates dederant, alteriusque factionis  
principes partim interfecerant, alios in  
exsilium ejecerant: in quibus Pelopidas  
hic, de quo scribere exorsi sumus, pul-  
sus patria carebat.

Hi omnes fere Athenas se contulerant,  
non quo sequerentur otium, sed ut, quem-  
que ex proximo locum fors obtulisset, eo  
patriam recuperare niterentur. Itaque  
cum tempus est viuum rei gerendæ, com-  
muniter cum his, qui Thebis idem sentie-  
bant, diem delegerunt, ad inimicos op-  
primendos, civitatemque liberandam, eum  
quo maximi magistratus simul consueve-  
rant epulari. Magnæ sæpe res non ita  
magnis copiis sunt gestæ: sed profecto  
nunquam ab tam tenui initio tantæ opes  
sunt profligatae. Nam duodecim adolescen-  
tuli coierunt ex his, qui exsilio erant mul-  
tati, cum omnino non essent amplius cen-  
tum, qui tanto se offerrent periculo. Qua  
paucitate percussa est Lacedæmoniorum  
potentia. Hi enim non magis adversario-  
rum factioni, quam Spartanis, eo tempo-  
re bellum intulerunt, qui principes erant  
totius Græciae: quorum imperii majestas,

ne-

*Ante  
Chyft.*

neque ita multo post, Leuctrica pugna, ab hoc initio perculsa, concidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, cum Athenis interdiu exissent, ut vespertascente cœlo Thebas possent pervenire, cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, vestitu agresti, quo minore suscipione facerent iter. Qui cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent, domum Charonis devehenerunt, a quo & tempus & dies erat datus.

Hoc loco libet interponere, et si sejunctum ab re proposita est, nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse. Nam magistratum Thebanorum statim ad aures pervenit, exsules in urbem devenisse. Id illi, vino epulisque dediti, usque eo despicerunt, ut ne querere quidem de tanta re laborarint. Accessit etiam, quod magis aperiret eorum dementiam. Allata est enim epistola Athenis ab Archia Hierophante, uni ex his, Archiæ, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat, in qua omnia de profectiōne exsulū perscripta erant. Quæ cum jam accubanti in convivio esset data, sicut erat signata, sub pulvinum subjiciens, “In craftinum, inquit, differo res feveras.” At illi omnes, cum jam nox processisset, violenti ab exsilibus. duce Pelopida, sunt interficti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt, patriam obsidione li-

*Ante* beraverunt, *auctores* Cadmeæ occupan-  
*Christ.* dæ partim occiderunt, partim in exsilio ejecerunt.

### EX AGESILAO.

406 Agesilaus, Lacedæmonius, simul atque imperii potitus est, persuasit Lacedæmoniis, ut exercitum emitterent in Asiam, bellumque Regi facerent; docens satius esse in Asia quam in Europa dimicari. Namque fama exierat, Artaxerxem comparare classeis, pedestreisque exercitus, quos in Græciam mitteret. Data potestate, tanta celeritate usus est, ut prius in Asiam cum copiis perveniret, quam regii satrapæ eum scirent profectum. Quo factum est ut omnes imparatos imprudentesque offendenter.

Id ut cognovit Tissaphernes, qui summum imperium tum inter præfatos habebat regios, inducias a Lacone petivit, simulans, se dare operam, ut Lacedæmoniis cum Rege conveniret; re autem vera ad copias comparandas: easque impetravit trimestres. Juravit autem uterque, se sine dolo inducias conservaturum; in qua patione summa fide mansit Agesilans: contra ea Tissaphernes nihil aliud quam bellum comparavit. Id eti sentiebat Laco, tamen iusjurandum servabat, multumque in eo se consequi dicebat, quod Tissaphernes perjurio suo, & homines suis rebus abalienaret, & deos sibi iratos redederet: se autem, servata religione, confirmari.

Ante  
Christ.

firmre exercitum , cum animadverteret deorum numen facere secum : hominesque sibi conciliari amciores , quod his studere consuefent , quos conservare fidem viderent.

Hic cum animo meditaretur proficisci in Persas , & ipsum regem adoriri : nuntius ei domo venit Ephorum missu , bellum Athenienses & Boëtios indixisse Lacedæmoniis ; quare venire ne dubitaret. In hoc non minus ejus pietas suspicienda est quam virtus bellica : qui cum victori præfasset exercitui , maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi. tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium magistratum , ut si privatus in comitio esset Spartæ . Opulentissimo regno præposuit bonam existimationem , multoque glorioius duxit , si institutis patriæ paruissef , quam si bello superasset Asiam. Hac igitur mente Hellespontum copias trajecit , tantaque usus est celeritate , ut , quod iter Xerxes anno vertente confece- rat , hic transierit triginta diebus. Cum jam haud ita longe abesset a Peloponneso , obsistere ei conati sunt Athenienses & Boëtii , ceterique eorum socii apud Coroneam : quos omnes gravi prælio vicit. Hujus victoriae vel maxima fuit laus , quod cum plerique ex fuga se in templum Minervæ conjectissent , quærereturque ab eo , quid his vellet fieri ; et si aliquot vulnera acceperat eo prælio , & iratus videbatur omnibus , qui adversus arma tulerant , tam en antetulit iræ religionem , & eos

*Ante  
Chrīſt.* vetuit violati. Neque vero hoc ſolum in Græcia fecit, ut templa deorum ſancta haberet; fed etiam apud barbaros ſumma religione omnia ſimulacra arasque conſer- vavit.

In hoc illud imprimis fuit admirabile, cum maxima munera ei ab regibus, & dynaſtis, civitatibusque conſerrentur: nihil unquam in domum ſuam contulit, nihil de viſtu, nihil de veſtitu Laconum mutavit. Domo eadem fuit contentus, qua Euryſthe- nes, progenitor majorum ſuorum, fuerat uifus: quam qui intrarat, nullum ſignum libidinis, nullum luxuriaſe videre poterat: contra ea plurima patientia, atque abſtinen- tia. Sic enim erat iſtructa, ut nulla in re diſſerret a cujuſviſ inopis atque pri- vati.

Atque hic tantus vir, ut naturam fautri- cem habuerat in tribuendis animi virtuti- bus, ſic maleficam nauctus eſt in corpore ſingendo. Nam & ſtatura fuit humili, & corpore exiquo, & claudus altero pede. Quæ res etiam nonnullam afferebat de- formitatem: atque ignoti, faciem ejus cum intuerentur, contemnebant: qui autem vir- tutes noverant, non poterant admirari, fa- tis. Quod ei uisu venit, cum annorum octoginta ſubſidio Tacho in Aegyptum iuifet, & in acta cum ſuis accubuiſſet, ſine ullo teſto: ſtratumque haberet tale, ut terra teſta effet ſtramentis, neque huc amplius quam pellis effet iuieſta: eodemque comites omnes accubuiſſent veſtitu humili, atque obſoleto, ut eorum orna- tuſ,

*Post  
Chrīst.* tus non modo in his Regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi suspicionem præberet. Hujus de adventu fama cum ad regios esset perlata, celesteriter munera eo cujusque generis sunt allata. His, quærentibus Agesilaum, vix fides facta est, unum esse ex his, qui tum accubabant. Qui cum Regis verbis, quæ attulerant, dedissent; ille præter vitulinam & hujusmodi genera obsonii, quæ præsens tempus desiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas, secundamque mensam servis dispertiit; cetera referri jufsit.

### EX PHOCIONE.

321 Phocion, Atheniensis, et si sæpe exercitiis præfuit, summosque magistratus cepit; tamen multo ejus notior integritas est vitae, quam rei militaris labor. Itaque hujus memoria est nulla, illius autem magna fama: ex quo, cognomine Bonus est appellatus. Fuit enim perpetuo pauper, cum ditissimus esse posset, propter frequentes delatos honores, votestatesque summas, quæ ei a populo dabantur. Hic cum a rege Philippo munera magnæ pecuniae repudiaret, legatique hortarentur accipere, simulque admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam: his ille, „Si mei similes erunt, idem hic, „inquit, agellus illos alet, qui me ad

*Ante  
Christ.* „ hanc dignitatem perduxit : si dissimiles  
 „ sunt futuri , nolo meis impensis illorum  
 „ ali augerique luxuriam “.  
 III. & IV. Hic cum accusatus esset , quod  
 Piraeum Nicanori prodidisset , in custo-  
 diam conjectus , Athenas deductus est ,  
 ut ibi de eo legibus fieret judicium . In-  
 de judicio damnatus , traditus est unde-  
 cim viris , quibus ad supplicium , more  
 Atheniensum , publice damnati tradi so-  
 lent . Hic cum ad mortem duceretur ,  
 obvius ei fuit Euphyletus , quo familia-  
 riter fuerat usus . Is cum lacrimans di-  
 xisset , „ O quam indigna perpetuis Pho-  
 cion ! Huic ille , „ At non inopinata “ ,  
 inquit , hunc enim exitum plerique clari  
 viri habuerunt Athenienses .

## HAMILCAR.

- 244 Hamilcar , Hannibalis pater , cognomine Bar-  
 cas , Carthaginiensis , primo Pœnico bello ,  
 sed temporibus extremis , admodum ado-  
 lessentulus in Sicilia præesse cœpit exer-  
 citui . Cum ante ejus adventum & mari  
 & terra male res gererentur Carthagini-  
 ensium ; ipse , ubi affuit , nunquam hosti cel-  
 sit , neque locum nocendi dedidit : saepaque  
 e contrario , occasione data , lacepsivit ,  
 semperque superior discellit . Quo factō ,  
 cum pœne omnia in Sicilia Pœni amisif-  
 sent , illi Erycem sic defendit , ut bellum  
 eo loco gestum non videretur . Interim  
 Carthaginenses classe apud insulas Aega-  
 tes a C. Lutatio , consule Romanorum ,  
 su-

*Aucte Christ.* superati, statuerunt belli finem facere, eamque rem arbitrio permisérunt Hamilcaris. Ille et si flagraba bellandi cupiditate, tamen paci serviendum putavit; quod patriam exhaustam sumtibus, diutius calamitatem belli ferre non posse intelligebat: sed ita, ut statim mente agitaret, si paullum modo res essent refectæ, bellum renovare, Romanosque armis perseQUI, donicum aut certe vicissent, aus vicii manum dedissent. Hoc consilio pacem conciliavit: in qua tanta fuit ferocia, cum Catulus negaret, se bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenerunt, armis relictis, Sicilia decederent: ut succumbente patria, ipse peritum se potius, dixerit, quam cum tanto flagitio domum rediret. Non enim suæ esse virtutis, arma, a patria accepta adversus hostes, adversariis tradere. Hujus pertinaciæ cessit Catulus. At ille, ut Carthaginem venit, multo aliter ac sperabat rem publicam se habentem cognovit. Namque diutinitate externi mali tantum exarsit intestinum bellum, ut nunquam pari periculo fuerit Carthago, nisi cum deleta est. Primo mercenarii milites, qui adversus Romanos fuerant, desciverunt: quorum numerus erat viginti millium. Hi totam abalienarunt Africam, ipsam Carthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeo sunt Pœni perterriti, ut etiam auxilia a Romanis petiverint, eaque impetrarint. Sed extremo, cum prope jam ad desperationem pervenissent, Hamilcarem imperato-rem

*Ante  
Christ.*

rem fecerunt. Is non solum hostes a muris Carthaginis removit, cum amplius centum millia facta essent armatorum; sed etiam eo compulit, ut locorum angustiis clausi, plures fame, quam ferro, interirent. Omnia oppida ab alienata, in his Uticam atque Hipponem, valentissima totius Africæ, restituit patriæ. Neque eo fuit contentus, sed etiam fines imperii propagavit, tota Africa tantum otium reddit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse. Rebus his ex sententia peracq[uis]i, fidenti animo atque infesto Romanis, quo facilius causam bellandi reperiret, effecit, ut imperator cum exercitu in Hispaniam mitteretur, eoque secum duxit filium Hannibalem, annorum novem. Erat præterea cum eo adolescens illustris, formosus, Hasdrubal. Huic ille filiam suam in matrimonium dedit. De hoc ideo mentionem fecimus, quod Hamilcare occiso, ille exercitui præfuit, resque magnas gescit: & princeps largitione vetustos pervertit mores Carthaginensem: ejusdemque post mortem Hannibal ab exercitu accepit imperium. At Hamilcar, posteaquam mare transit, in Hispaniamque venit, magnas res secunda gescit fortuna, maximas bellicosissimasque gentes subegit; equis, armis, viris, pecunia, totam locupletavit Africam. Hic cum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno postquam in Hispaniam venerat, in prælio pugnans adversus Vetttones, occisus est. Hujus perpetuum odium

228

um

*Ante  
Christ.* um erga Romanos maxime concitasse vi-  
detur secundum bellum Pœnicum. Nam-  
que Hannibal, filius ejus, assiduis patris  
obtestationibus eo est perductus, ut inter-  
ire, quam Romanos non experiri, mal-  
let.

## EX HANNIBALE.

- 220 Hannibal, Hamilcaris filius, Carthaginensis, minor quinque & viginti annis natus imperator factus, proximo triennio omnes gentes Hispanie bello subegit: Saguntum, fœderatam civitatem vi expugnavit: tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum Pyrenæum transiit. Quacumque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit: neminem, nisi vietum, dimisit. Ad Alpes posteaquam venit, quæ Italianam ab Gallia sejungunt, quas nemo unquam cum exercitu ante eum, præter Herculem, transferat: Alpicos conantes prohibere transitum, concidit, loca patefecit, itineraria muniit, effecitque, ut ea elephantes ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit, in Italiamque pervenit. Roman profectus est nullo resistente. In propinquis urbis montibus moratus est. Cum aliquot ibi dies castra habuisset, & reverteretur Capuam, Qu. Fabius Maximus, dictator Romanus, in agro Fal-

*Ante  
Christ.*

lerno se ei objecit. Hic clausus locorum angustiis, noctu sine ullo detrimento exercitus se expedivit. Fabio callidissimo imperatori verba dedit. Namque obducta nocte, sarmenta in cornibus juvencorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit. Quo repentina objectu viso, tantum terrorem injectit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum nemo sit ausus. Hanc post rem gestam, non ita multis diebus M. Minucium Rufum, Magistrum equitum, pari ac dictatorem imperio, dolo productum in prælium fugavit. Tiberium Sempronium Gracchum, iterum conludem, in Lucanis absens in infidias inductum sustulit. M. Claudium Marcellum, quinques consulem, apud Venuiam pari modo interfecit. Longum est enumerare prælia. Quare hoc unum sat tis exit dictum, ex quo intelligi poscit, quantus ille fuerit: quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie restitit, nemo adversus eum post Cannensem pugnam in campo castra posuit.

203 Hic invictus patriam defensum revocatus, bellum gesit adversus P. Scipionem, filium ejus, quem ipse primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat. Cum hoc exhaustis jam patriæ facultatibus, cupivit in præsentiarum bellum componere, quo valentior postea congrederetur. In colloquium convenit, conditio-

202 nes non convenerunt.

Cum

*Ante Christ. 201* Cum in apparando acerrime esset occupatus, Carthaginenses bellum cum Romanis composuerunt. Ille nihil fecius exercitui postea praefuit, resque in Africa gessit: itemque Mago frater ejus usque ad P. Sulpicium & C. Aurelium consules. His enim magistratibus legati Carthaginenses Romanum venerunt, qui Senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum his pacem fecissent, ob eamque rem corona aurea eos donarent, simulque peterent, ut obsides eorum Fregellis essent, captivisque redderentur. His ex Senatus consulto responsum: munus eorum gratum acceptumque esse: obsides, quo loco rogarent, futuros: captivos non remissuros, quod Hannibalem, cuius opera suscepimus bellum fore, inimicissimum nomini Romano, & nunc cum imperio apud exercitum haberent, itemque, fratrem ejus Magonem. Hoc responso Carthaginenses cognito, Hannibalem domum Magonemque revocarunt. Deinde Romani legati Carthaginem venerunt, (ut hunc inimicissimum nomini Romano exposcerent.) Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus, priusquam his fanatus daretur, navem coulscendit clam, atque in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam facta, Poeni naves duas, quæ eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt: bona ejus publicarunt: domum a fundamentis disjecerunt: ipsum exsalem iudicarunt.

*Ante  
Christ.* At Hannibal, Antiocho fugato, verens  
ne dederetur, quod sine dubio accidisset,  
si sui fecisset potestatem, Cretam ad Gor-  
thynios venit, ut ibi, quo se conferret, con-  
sideraret. Vedit autem vir omnium calli-  
dissimus, magno se fore in periculo, nisi  
quid providisset, propter avaritiam Cre-  
tensium: magnam enim secum pecuniam  
portabat, de qua sciebat exisse famam.  
Itaque capit tale consilium. Amphoras com-  
plures compleat plumbo, summas operit  
auro & argento: has praesentibus princi-  
pibus deponit in templo Diana; simulans  
se suas fortunas illorum fidei credere. His  
in errorem inductis, statuas aeneas, quas  
secum portabat, omnes sua pecunia com-  
plet, easque in propatulo domi abjicit.  
Gorthynii templum magna cura custodiunt,  
non tam a ceteris, quam ab Hannibale,  
ne quid ille, inscientibus his, tolleret, se-  
cumque duceret.  
Sic, conservatis suis rebus, Poenus, illu-  
sis Cretenibus omnibus, ad Prusiam in  
Pontum pervenit. Dissidebat ab eo Per-  
gamenus rex Eumenes, Romanis amicil-  
fimus, bellumque inter eos gerebatur &  
mari & terra. Sed utrobique Eumenes  
plus valebat propter Romanorum societa-  
tem: quem si (Hannibal) removisset, fa-  
ciliora sibi cetera fore arbitrabatur. Ad  
hunc interficiendum talem iniit rationem  
Classe paucis diebus erant decertaturi. Su-  
perabatur navium multitudine. Dolo erat  
pugnandum, cum par non esset armis. Im-  
pe-

Ante  
Christ.

peravit quam plurimas venenatas serpentes vivas colligi, easque in vasa fictilia conjici. Harum cum confecisset magnam multitudinem, die ipso, quo facturus erat navale prælium, classarios convocat, hisque præcipit, omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem, a ceteris tantum satis habeant se defendere. Id facile illos serpentium multitudine consercuturos.

Bithyni, Hannibalis præcepto, universi navem Eumenis adoriantur. Quorum viu cum Rex sustinere non posset, fuga salutem petiit. Reliquæ Pergamenæ naves, cum adversarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus mentionem fecimus, conjici coepta sunt: quæ jacta initio risum pugnantibus concitarunt, nec, quare id fieret, poterat intelligi. Postquam autem naves completas conflexerunt serpentibus, nova re perterriti, cum, quid potissimum vitarent, non viderent, puppes averterunt, seque ad sua castra nautica retulerunt.

Accidit casu, ut legati Prusiæ Romæ apud L. Quintum Flamininum consularem crenarent, atque ibi, de Hannibale mentionie facta, ex his unus diceret, eum in Prusiæ regno esse. Id postero die Flamininus Senatui detulit. Patres conscripti, qui Hannibale vivo nunquam se sine infidiis futuros existimabant, legatos in Bithyniam miserunt, in his Flamininum, qui à Rege peterent, ne inimicissimum suum secum haberet, sibiique dederet. His Pru-

*Ante Christ.* sias negare ausus non est: illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod adversus jus hospitii esset: ipsi, si possent, comprehendenter: locum, ubi esset, facile inventuros. Hannibal enim uno loco se tenebat in castello, quod ei ab Rege datum erat muneri; idque sic ædificarat, ut in omnibus partibus ædificii exitum haberet, semper verens, ne usu sibi eveniret, quod accidit. Huc cum legati Romanorum venissent, ac multitudine domum ejus circumdedissent, puer ab janua propiciens Hannibali dixit, plures, præter consuetudinem, armatos apparere. Qui imperavit ei, ut omnes fores ædificii circumirent, ac propere sibi renuntiaret, num eodem modo undique obsideretur. Puer cum celeriter, quid esset, renuntiasset, omnesque exitus occupatos ostendisset, sensit id, non fortuito factum, sed se peti, neque sibi diutius vitam esse retinendam. Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, venenum, quod semper secum habere conseruerat, sumxit. Sic vir fortissimus anno adquievit septuagesimo.

183

*Ex Cornelio Nepote Excerptorum finis.*

*Ante  
Christ.*

217



EX

# IVSTINO

EXCERPTA.

---

Ante  
Christ.

3174

**P**rincipio rerum, gentium nationumque imperium penes reges erat, quos ad fastigium hujus majestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat. Populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant. Fines imperii tueri magis, quam proferre, mos erat: intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus, rex Assyriorum, veterem & quasi avitum gentibus morem, nova imperii cupiditate mutavit. Hic primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad resistendum populos, terminos usque Libyae perdomuit. Fuere, qui longinqua, non finitima bella gerebant: nec imperium sibi, sed populis suis gloriam, quarebant; contentique victoria, imperio ablinebant,

O 2

Ni-

*Ante  
Chrift.* Ninus magnitudinem quæsitæ dominatio-

nis continua possessione firmavit. Postremum illi bellum cum Zoroastre rege Bactriæ  
norum fuit, qui primus dicitur artes magicas invenisse; & mutidi principia, si-  
derumque motus diligentissime spectasse.

**2122** Hoc occiso, ipse decepit, relicto impube-  
re adhuc filio Ninya, & uxore Semira-  
mide.

Hæc nec immaturo ausa tradere imperi-  
um, nec ipsa palam tractare, tot ac tan-  
tis gentibus vix patienter uni viro, ne-  
dum feminæ, parituris; simulat se pro  
uxore Nini, filium; pro femina, puerum.  
Nam & statura utrique mediocris, & vox  
pariter gracilis, & lineamentorum qualiti-  
tas matri ac filio similis. Igitur brachia  
ac crura velamentis, caput tiara tegit: &  
ne novo habitu aliquid occultare videretur,  
eodem ornatu & populum vestiri jubet;  
quem morem vestis exinde gens univer-  
sa tenet. Sic primis initii sexum men-  
tita, puer credita est. Magnas deinde res  
geslit. Hæc Babyloniam condidit, mu-  
rumque urbi cocto latere circumdedit, are-  
na vice, bitumine interstrato: quæ ma-  
teria in illis locis passim e terra exæstut-  
at. Mulra & alia præclara hujus reginae  
fueru. Ad postremum a filio imperfecta est,  
duos & quadraginta annos post Ninum re-  
gno potita. Filius ejus Ninya, contentus  
elaborato a parentibus imperio, belli stu-  
dia depositus, & veluti sexum cum matre  
mutasset, raro a viris visus, in feminat-  
rum turba consenuit. Posterior quoque ejus

id

*Ante Christ.* id exemplum sequuti, responsa gentibus per internuntios dabant. Postremus apud eos regnavit Sardanapalus, vir muliere corruptior. Ad hunc videndum, quod nemini ante eum permisum fuerat, praefectus ipsius, Medis praepositus, nomine Arbactus, cum admitti magna ambitione ægre obtinuerit, invenit eum inter seminarum greges purpuram colo nentem, & muliebri habitu pensa inter virgines partientem. Quibus visis, indignatus tali feminæ tantum viorum subjectum, tractantique lanam, ferrum & arma portantes parere; progressus ad socios, quid viderit, refert: negat se ei parere posse, qui se feminam malit esse, quam virum. Fit igitur conjuratio bellum Sardanapalo infertur. Quo ille auditio, non, ut vir, regnum defensurus, sed, ut metu mortis mulieres solent, primo latebras circumspicit: mox deinde vietus, in regiam se recipit: & exstructa incensaque pyra, & se & divitias suas in incendium mittit. Post hunc rex constituitur intersector ejus Arbactus, qui praefectus Medorum fuerat. Is imperium ab Assyriis ad Medos transfert.

596 Post multos deinde reges, per ordinem successionis, regnum ad Astyagen descendit. Hic per somnum vidi vitam, cuius palmitæ omnis Asia obumbraretur. Consulti harioli, ex filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo prænuntietur, regnique ei amissionem portendi, responderunt. Hoc responso exteritus, gravidam ad se filiam

*Ante  
Christ.* arcessit, ut sub avi potissimum oculis partus necaretur. Natus infans datur occidens Harpago, regis arcorum participi. Is pastori regii pecoris puerum exponendum tradit. Eius uxor, audita regii infantis expositione, summis precibus rogat, sibi afferri ostendique puerum. Cujus precibus fatigatus pastor, reversus in silvam, invenit iuxta infanteum canem feminam, parvulo ubera præbente, & a feris alitibusque defendantem. Motus & ipse misericordia, qua motam etiam canem viderat, puerum defert ad stabula eadem cane anxie prosequente. Quem ubi in manus mulier accepit, veluti ad noctam puer allusit: tantusque in illo vigor, & dulcis quidam blandientis infantis risus apparuit, ut pastorem uxor ultro rogaret, permitteret sibi puerum nutrire. Puer deinde cum inter pastores esset, Cyri nomen accepit. Mox rex inter ludentes forte delectus, cum per lasciviam contumaces flagellis cecidisset, a parentibus puerorum querela est regi delata, indignantibus a servo regio ingenuos homines servilibus verberibus affectos. Ille, arcessito puer & interrogato, cum nihil mutato vultu, fecisse se ut regem, respondisset, admiratus constantiam, in memoriam somnii responsique revocatur. Atque ita cum & vultus similitudo, & expositionis tempora, & pastoris confessio convenienter, nepotem agnovit. Et quoniam defunctus sibi somnio videretur, agitato inter pastores regno, animum minacem,

*Ante Christ.* cem duntaxat in illo fregit. Ceterum Harpago amico suo, infestus, in ultionem servati nepotis filium ejus interfecit, epulandumque patri tradidit. Sed Harpagus, ad præsens tempus dissimulato dolore, odium regis in vindictæ occasionem distulit.

Interjecto deinde tempore, cum adolevisset Cyrus, dolore orbitatis admonitus, scribit ei, ut allegatus in Persas ab avo fuerit: ut occidi eum parvulum, avus iusserit: ut beneficio suo servatus sit: ut regem offenderit: ut filium amiserit. Horatur, exercitum paret & pronam ad regnum viam ingrediatur, Medorum transitionem pollicitus. Epistola, quia palam ferri nequibat, regis custodibus omnes aditus obscientibus, exenterato lepori inseritur, lepusque in Persas Cyro ferendus, fido servo traditur: addita retia, ut sub specie venationis dolus lateret.

Leptis ille epistolis, convocato populo, Medis bellum infert. Astyages meriti sui in Harpagum oblitus, summam belli eidem committit, qui exercitum acceptum statim Cyro per ditionem tradidit, regisque crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur. Astyages capit, cui Cyrus nihil aliud quam regnum abstulit: eum maximæ genti Hircanorum præposuit, & bellum transfert in Lydiam. Ibi fortuna prioris prælii percussum jam Croësi exercitum nullo negotio fundit: Croësus ipse capit. Sed quanto bellum minoris 548 periculi, tanto & mitior victoria fuit. Croës

*Ante  
Christ.*

& vita, & patrimonii partes, & urbs Barce concessa sunt: in qua etsi non regiam vitam, proximam tamen majestati regiae degeret. Hæc clementia non minus viatori, quam viðio, utilis fuit.

Cyrus subacta Asia, & universo Oriente in potestatem redacto, Scythis bellum infert. Erat eo tempore Scytharum regina Tomyris, quæ non muliebriter adventu hostium territa, cum prohibere eos transitu Araxis fluminis posset, transire permisit, & sibi faciliorem pugnam intra regni sui terminos rata, & hostibus obiectu fluminis fugam difficiliorem. Itaque Cyrus, trajectis copiis, cum aliquantisper in Scylham processisset, castra metatus est. Dein postera die, simulato metu, quasi refugiens castra deseruisset, vini affatim, & ea, quæ epulis erant necessaria, reliquit. Quod cum nuntiatum reginæ esset, adolescentulum filium, ad insequendum eum cum tertia parte copiarum mittit.

Cum ventum ad Cyri castra esset, ignarus rei militaris adolescentis, veluti ad epulas, non ad prælum venisset, omisssis hostibus insuetos barbaros vino se onerare patitur, priusque Scythæ ebrietate, quam bello, vincuntur. Nam cognitis his, Cyrus reveritus per noctem, saucios opprimit, omnesque Scythes cum regina filio interficit. Amisso tanto exercitu, & quod gravius dolendum, unico filio, Tomyris orbitatis dolorem non in lacrimas eff.

*Ante  
Christ.*

529

effudit, sed in ultionis solatia intendit hostesque recenti victoria exultantes, pari insidiarum fraude circumvenit. Quippe simulata dissidentia propter vulnus acceptum, refugiens, Cyrus ad angustias usque produxit. Ibi compositis in montibus insidiis, ducenta millia Persarum cum ipso rege trucidavit. In qua victoria etiam illud memorabile fuit, quod ne nuntius quidem tantæ cladis superfuit. Caput Cyri amputatum, in utrem humano sanguine repletum conjici regina jubet, cum hac exprobatione crudelitatis: „Satia te, „inquit, sanguine, quem sitisti, cuius-: que infatiabilis semper fuisti.“

529 Huic successit filius Cambyses, qui ipse gladio, sua sponte evaginato, in femore graviter vulneratus, occubuit. Quo nuntio accepto, septem fuere virtute & nobilitate ita pares, ut difficilem ex his populo electionem æqualitas faceret. Ipsi igitur viam invenerunt, qua de se judicium religloni & fortunæ committerent. Pætique inter se sunt, ut die statuta omnes equos ante regiam primo mane perducerent: & cuius equus inter solis ortum hinnitum primus edidisset, is rex esset. Nam & solem Persæ unum deum esse credunt: & equos eidem deo sacratos ferunt. Erat inter conjuratos Darius, Hy- staspis filius: cui, de regno sollicito, equi custos ait, si ea res victoriam moretur, nil negotij superesse. Per no- diem deinde equum, pridie constitutam diem, & equam ad eundem locum ducit,

*Ante  
Christ.* Postera die itaque, cum ad statutam ha-  
ram omnes convenissent, Darii equus,  
cognito loco, hinnitum itatim edidit. Tan-  
ta moderatio ceteris fuit. auditio auspi-  
cio, ut confestim equis desilierint, & Da-  
riuum regem salutaverint. Populus quo-  
que universus, sequutus judicium princi-  
pum, eundem regem constituit.

522 Scythia in Orientem porrecta, includitur  
ab uno laterè Ponto, & ab altero monti-  
bus Riphæis: a tergo Afia & Phasi flu-  
mine. Multum in longitudinem & lati-  
tudinem patet. Hominibus inter se nulli  
fines; neque enim agrum exercent, nec  
domus illis ulla, aut tectum, aut sedes  
est. armenta & pecora semper paucen-  
tibus, & per incultas solitudines errare so-  
litis. Uxores liberosque secum in plau-  
stris vehunt, quibus, coriis imbrrium hie-  
misque causa tectis, pro domibus utuntur.  
Justitia gentis ingenii culta, non legibus.  
Nullum scelus apud eos furto gravius:  
quippe sine tecto munimentoque pecora &  
armenta habentibus, quid salvum esset, si  
furari liceret? Aurum & argentum non  
perinde ac reliqui mortales appetunt. La-  
cte & melle vescuntur. Lanæ iis usus  
ac vestium ignotus: quamquam continuis  
frigoribus urantur; pellibus tamen ferinis  
aut murinis utuntur.

Scythæ, expeditione Asiana, cum annis  
octo a conjugibus & liberis absfuisserent, ser-  
vili bello domi excipiuntur. Quippe ser-  
vi ad custodiā pecorum reliqui reversos  
cum victoria dominos, velut advenas, ar-

*Ante Christ.* mati finibus prohibent. Quibus cum varia victoria fuisse, admonentur Scythæ mutare genus pugnæ, memores, non cum hostibus, sed cum servis præliandum; nec armorum, sed dominorum jure vincendos: verbera in aciem, non tela adferenda: omissoque ferro, virgas ac flagella, ceteraque servilis metus paranda instrumenta. Probato omnes consilio, instruti, sicut præceptum erat, postquam ad hostem accessere, inopinantibus verbera intentant; adeoque illos perculerunt, ut, quos ferro non poterant, metu verberum vincerent, fugamque, non ut hostes vici, sed ut fugitivi servi, caperent. Quicumque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt.

Nunc, quoniam ad bella Atheniensium ventum est, quæ non modo ultra spem gerendi, verum etiam ultra gesti fidem, patrata sunt, operaque Atheniensium effectu majora, quam voto, fuere: paucis urbis origo repetenda est, quia non, ut ceteræ gentes, a lordidis initis ad summum crevere. Soli enim, præterquam incremento, etiam origine gloriantur. Quippe non advenæ, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit: sed eodem innati solo, quod incolunt; & quæ illis sedes, eadem origo est. Primi, laniificii, & olei, & yni usum, docuere. Arare quoque, & serere, frumenta glandem vescentibus monstrarunt. Literæ certe ac facundia, & hic civilis ordo disciplina, veluti templum, Athenas habent.

Ante  
 Christ.  
**1558**      Ante Deucalionis tempora regem habuere  
 Cecropem: quem, ut omnis antiquitas  
 fabulosa est, biformem tradidere, quia  
 prius marem feminæ matrimonio juxit.  
 Hunc successit Cranaus, cuius filia Athis  
 regioni nomen dedit. Post hunc Amphion  
 regnavit, qui primus Minervæ ur-  
 bem sacravit, & nomen civitati Athenas  
 dedit. Hujus temporibus, aquarum illu-  
 vies majorem partem popolorum Græciæ  
 absumvit. Superfuerunt, quos refugia  
 montium receperunt, aut ad regem Thes-  
 salicæ Deucalionem ratibus evechi sunt,  
 a quo propterea genus hominum condi-  
 tum dicitur. Per ordinem deinde succe-  
 ssionis regnum ad Erechtheum descendit,  
 sub quo frumenti satio apud Eleusin a  
 Triptolemo reperta; in cuius muneris  
 honorem noctes initiorum sacratae. Te-  
 nuit & Aegeus, Thesei pater, Athenis re-  
 gnauit, a quo per divortiam decedens Me-  
 dea, propter adultam privigni ætatem,  
 Colchos cum Medio filio, ex Aegeo su-  
 scepto, concessit. Post Aegeum Theseus,  
 ac deinceps Thesei filius Demophon, qui  
 auxilium Græcis adversus Trojanos tulit,  
 regnum possedit.  
 Erant inter Athenienses & Dorientes simul-  
 tatum veteres offense, quas vindicaturi  
 bello Dorientes, de eventu prælii oracu-  
 la consuluerunt. Responsum, superiores  
 fore, ni regem Atheniensium occidissent.  
 Cum ventum esset in bellum, militibus  
 ante omnia custodia regis præcipitur. A-  
 theniensibus eo tempore rex Codrus erat,  
 qui

Ant  
 Chr  
 10

*Ante  
Christ.*  
**1071** qui & responso Dei, & præceptis hosti-  
um cognitis, permutato regis habitu, pan-  
nosus, farmenta collo gerens, castra ho-  
stium, ingreditur: ubi in turba obſidenti-  
um, a milite, quem falce astu convulne-  
raverat, interficitur. Cognito regis cor-  
pore, Dorienses sine prælio discedunt.  
Atque ita Athenienses virtute ducis, pro  
ſalute patriæ morti ſe offerentis, bello li-  
berantur.

**598** Post Codrum nemo Athenis regnavit: quod  
memoriae nominis ejus tributum est. Ad-  
ministratio Reipublicæ annuis magistrati-  
bus permitta. Sed civitati nullæ tunc le-  
ges erant, quia libido regum pro legibus  
habebatur. Solon, vir iustitiae insignis,  
velut novam civitatem legibus condidit.  
Tanto temperamento inter plebem ſena-  
tumque egit, ut ab utrisque parem grati-  
am traheret. Is Atheniensium hostes ag-  
**561** gressus delevit. Post Solonem Pisistra-  
tus tryannidem per dolum occupat.

Post ejus mortem Diocles, alter ex filiis,  
(propter) vim(illatam) virginis, a fra-  
tre pueræ interficitur. Alter, Hippias  
nomine, cum imperium paternum tene-  
ret, imperfectorem fratris comprehendendi jū-  
bet: qui cum per tormenta concios cæ-  
dis nominare cogeretur, omnes amicos ty-  
ranni nominavit. Quibus interfecit, quæ-  
renti tyranno, an adhuc aliqui concii ef-  
ſent; neminem, ait, superesse; quem am-  
plius mori geſtiat, quam ipsum tyrannum.  
Qua voce ejusdem ſe tyranni viorem,  
post vindictam pudicitiae ſotoris, oſten-  
dit.

*Ante  
Christ.*

dit. Hujus virtute cum admonita civitas libertatis esset, tandem Hippias regno pulsus, in exilium agitur: qui profectus in Persas, ducem se Dario, inferenti Atheniensibus bellum, adversus patriam suam offert.

Igitur Athenienses, auditio Darii adventu, auxilium a Lacedæmoniis, socia tum civitate, petiverunt. Quos ubi viderunt quadridui teneri religione, non exspectato auxilio, instrutis decem milibus civium, & Platæensibus auxiliaribus mille, adversus sexcenta millia hostium, in campos Marathonios in prælium egrediuntur. Miltiades & dux belli erat, & auctor non exspectandi auxili; quem tanta fiducia cœperat, ut plus præsidii in celeritate, quam in sociis, duceret. Magna igitur in pugnam euntibus alacritas animorum fuit; adeo, ut cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu ante jactum sagittarum ad hostem venerint. Nec audacia ejus eventus defuit. Pugnatum est enim tanta virtute, ut hinc viros, inde pecudes putares.

Vicit Persæ in nave confugerunt, ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ sunt. In eo prælio tanta virtus singulorum fuit, ut, cuius laus prima esset, difficile judicium videretur. Inter ceteros tamen Themistoclis adolescentis gloria emicuit, in quo jam tunc indoles futuræ imperatoriae dignitatis apparuit. Cynægiri quoque militis Atheniensis gloria magnis scriptorum laudibus celebrata est; qui post

*Ante  
Christ.*

Ante  
Christ.

post prælia innumeræ cædes, cum su-  
gientes hostes ad naves egisset, onus tam  
navem dextra manu tenuit, nec prius di-  
misit, quam manum amitteret: tum quo-  
que amputata dextra, navem sinistra com-  
prehendit: quam & ipsam cum amississet,  
ad postremum morsu navem detinuit.  
Tantam in eo virtutem fuisse, ut non tot  
cædibus fatigatus, non duabus manibus  
amissis viitus, truncus ad postremum, &  
veluti rabida fera, dentibus dimicaverit.  
Ducenta millia Persæ eo prælio, sine  
naufragio, amisere. Cecidit & Hippias,  
tyrannus Atheniensis, auctor & concitor  
ejus belli, diis patriæ ultoribus poenas  
repetentibus.

Interea & Darius, cum bellum restaura-  
ret, in ipso apparatu decedit, & Xerxes  
bellum, a patre coeptum, adversus Græ-  
ciam, quinquennium instruxit. Quod ubi  
primum didicit Demaratus, rex Lacedæ-  
moniorum, qui apud Xerxem exsulabat,  
amicior patriæ post fugam, quam regi  
post beneficia, ne inopinato bello oppri-  
merentur, omnia in tabellis ligneis magi-  
strati prescribit, eademque cera superin-  
ducta delet: ne aut scriptura sine tegmi-  
ne indicium daret, aut recens cera dolum  
proderet fido deinde servo perferendas  
tradit, iusso, magistrati Spartanorum tra-  
dere. Quibus perlatis, Lacedæmone  
quæstioni res diu fuit, quod neque scri-  
ptum aliquid viderent, nec frustra missas  
suspiciarentur, tantoque rem majorem,  
quanto sit occultior putabant. Hæren-  
ti-

*Ante  
Christ.* tibus in conjectura viris, foror regis Leonidae consilium scribentis invenit. Erasa igitur cera, belli consilia deteguntur. Jam Xerxes septingenta millia de regno armaverat, & trecenta millia de auxiliis: ut non immerito proditum sit, Græciam omnem vix capere exercitum ejus potuisse. **480** Cujus introitus in Græciam quam terribilis, tam turpis ac fœdus discessus fuit. Nam cum Leonidas, rex Spartanorum, cum quatuor millibus milium angustias Thermopylarum occupasset, Xerxes, contemptu paucitatis, eos pugnam capeſſere jubet; quorum cognati Marathonia pugna interfecti fuerant: qui, dum ulcisci suos querunt, principium clavis fuere: succedente deinde inutili turba, major cædes editur. Triduo ibi cum dolore & indignatione Persarum dimicatum. Ad postremum Xerxes experiri maris fortunam statuit. Tum Atheniensibus consulentibus Delphis oraculum, responsum fuerat: salutem muris ligneis tuerentur.

**479** Sed Atheniensium dux Themistocles narium praefidium demonstratum ratus, persuadet omnibus patriam municipes esse, non moenia; civitatemque non in adiiciis, sed in civibus positam. Melius itaque salutem navibus, quam urbi, commissuros. Probato consilio, Græci prælium collatis viribus capeſſunt. Artemisia, regina Halicarnassi, quæ in auxilium Xerxi venerat, inter primos duces bellum accerrime ciebat: quippe ut in viro mulierem timorem, ita in muliere virilem au-

da-

*Ante Christ.* daciā cernerēs. At Persæ vici, in fuc-  
gā vertuntur. In qua trepidatione mul-  
tæ captae naves, multæ mersæ, plures  
tamen non minus fævitiam regis, quam  
hostem timentes, domum dilabuntur.  
Hac clade perculsum, & dubium consilii  
Xerxem Mardonius aggreditur. Hortat-  
tur, in regnum abeat, ne quid seditionis  
moveat fama aduersi belli, in majus, si-  
cuti mos est, omnia extollens, sibi tre-  
centa millia armatorum lecta ex omnibus  
copiis relinquat; qua manu aut cum glo-  
ria ejus perdomiturum se Græciam; aut  
si aliter eventus ferat, sine ejusdem infa-  
mia hostibus cællorum. Probato consilio,  
Mardonio exercitus traditur: reliquas co-  
pias rex ipse reducere in regnum parat.  
Sed Græci, audita regis fuga, consilium  
ineunt pontis interumpendi, quem ille  
Abydo, veluti viator maris, fecerat, ut  
intercluso reditu, aut cum exercitu dele-  
retur, aut, desperatione rerum, pacem vi-  
etus petere cogeretur. Xerxes cum so-  
lutum pontem hibernis tempestatibus of-  
fendisset, piscatoria scapha trepidus traje-  
cit. Erat res spectaculo digna, & æsti-  
matione sortis humanae, rerum varietate  
miranda, in exiguo latenter videre na-  
vicio, quem paulo ante vix æquor omne  
capiebat: carentem etiam omni servorum  
ministerio, cuius exercitus propter mul-  
titudinem terris graves erant. Interim  
Mardonius vicit, velut ex naufragio,  
cum paucis profugit. Castra referta rega-  
lis opulentia capta. Unde primum Græ-

*Ante  
Christ.* cos, diviso inter se auro Persico, divi-  
tiatum luxuria cepit.

359 Lacedæmoniis alia bella adversus finiti-  
mos gerentibus, Thebani, Epaminonda  
duce occupandæ urbis eorum spem ce-  
perunt. In prælio cum victoria Theba-  
norum esset, Epaminondas graviter vul-  
neratus, ut relatus in castra semianimis,  
vocem, spiritumque collegit, id unum a  
circumstantibus requisivit, num cadenti sibi  
scutum ademisset hostis? Quod ut fer-  
vatum audivit, allatum velut laborum  
gloriæque socium, osculatus est. Ite-  
rum quæsivit: utri vicissent? Ut audi-  
vit Thebanos, Bene habere se, rem dixit:  
atque, ita, velut gratulabundus patriæ,  
exspiravit.

IX. Hujus morte etiam Atheniensium vir-  
tus intercidit. Siquidem amissio, cui  
æmulari confueverant, in flegnitiem tor-  
poremque resoluti, non, ut olim, in  
classem exercitusque, sed in dies festos  
apparatusque ludorum reditus publicos ef-  
fundunt; & cum aëtoribus nobilissimis  
poëtisque theatra celebrant, frequentius  
scenam, quam castra visentes; verificato-  
resque meliores, quam duces, laudan-  
tes. Tunc vèctigal publicum, quo antea  
milites & remiges alebantur, cum urba-  
no populo dividi cœptum est. Quibus  
rebus effectum est, ut inter otia Græco-  
rum sordidum & obscurum antea Mace-  
donum nomen emerget; & Philippus,  
obses triennio Thebis habitus, Epami-  
nondæ & Pelopidae virtutibus eruditus,

Aute  
Christ.

705

regnum Macedoniæ, Græciæ & Asiæ cervicibus, velut jugum servitutis, impuneret. Interim Darius, Rex Persarum, legatis ad Amyntam regem Macedoniæ missis, obfides in pignus futuræ pacis dari sibi postulabat. Sed legati benigne excepti, inter epulas ebrietate crescente, rogant Amyntam, ut apparatu epularum adjiciatus familiaritatis, adhibitis in convivium suis ac filii uxoribus: id apud Persas haberis pignus ac foedus hospitii. Quæ ut venerunt, Persis (parum verecunde agentibus), filius Amyntæ Alexander rogat patrem, respectu ætatis ac gravitatis suæ abiret convivio, pollicitus, se hospitum temperaturum jocos. Quo digresso, mulieres quoque paululum e conivio evocat, cultius exornaturus, gratioreisque reducitur. In quarum locum matronali habitu exornatos juvenes supponit, eosque petulantiam legatorum ferro, quod sub ueste gerebant, compescere jubet.

Paulo post Amyntas rex decedit. Deinde Alexander inidiis Eurydices matris appetitus, occumbit; cui Amyntas, in scelere deprehensa, propter communes liberos, ignarus iisdem quandoque exitiosam fore, pepercerat. Frater quoque ejus Perdiccas pari insidiarum fraude decipitur. Itaque Philippus diu non regem, sed tutorem pupilli egit. At ubi graviora bella imminebant serumque auxilium in exspectatione infantis erat, compulsus a populo regnum suscepit.

*Sintc  
Christ.* Ut est ingrellus imperium, magna de illo spes omnibus fuit; & propter ipsius ingenium, quod magnum spondebat virum, & propter vetera Macedonia fata, quæ cecinerant, uno ex Amyntæ filiis regnante, florentissimum fore Macedonia statum, cui spei scelus matris hunc residuum fecerat. Principio regni, cum Methonam urbem oppugnaret, in prætereuntem de muris sagitta jacla, dextrum oculum regis effudit. Quo vulnere nec segnior in bellum, nec iracundior adversus hostes factus est; adeo, ut, interjectis diebus, pacem deprecantibus dederit; nec moderatus tantum, verum etiam mitis adversum viatos fuerit.

336 Philippus, compositis in Græcia rebus, nuptias Cleopatræ filiæ celebrat. Sed nec ludorum magnificentia deerat: ad quorum spectaculum dum sine custodibus, medius inter filium generumquè, contenderet, Pausanias, nobilis ex Macedonibus adolescens, nemini suspectus, occupatis angustiis, Philippum in transitu obruncat, diemque latitiae destinatum, fœdum luctu funeris facit. Hic Pausanias primis pubertatis annis injuriam passus fuerat. Hanc rem ægre ferens, querelam Philippo saepe detulerat. Cum variis frustrationib us non sine ritu differretur, iram in ipsum Philippum vertit, ultiō nemque ab iniquo judice exegit.

Decessit Philippus, cum annis quinque & viginti regnasset. Fuit rex armorum quam conviviorum apparatibus studiosior; itaque

*Ante  
Christ.*

que inter quotidianas rapinas semper inoperat. Misericordia in eo & perfidia patri jure dilecta. Nulla apud eum turpis ratio vincendi. Blandus pariter, & insidiosus alloquio; qui plura promitteret, quam praestaret; in seria & jocos artifex. Huic Alexander filius successit, & virtute, & vitiis patre major. Vincendi ratio utrique diversa. Hic aperte; ille artibus bella tractabat. Deceptis ille gaudere hostibus, hic palam fuis. Prudentior ille consilio, hic animo magnificentior. Iram pater dissimulare, plenumque etiam vincere; huic, ubi exarsisset, nec dilatio ultionis, nec modus erat. Vini nimis uterque avidus; sed ebrietatis diversa vitia. Patri mos erat, de convivio in hostem procurrere, manum conserere, periculis se temere offerre: Alexander non in hostem, sed in suos saeviebat. Quamobrem Philippum saepe vulneratum prælia remisere: hic amicorum intercessor convivio frequenter excessit. Regnare ille cum amicis volebat, hic in amicos regna exercebat. Amari pater malebat; hic metui. Literarum cultus utriusque similis. Solertia pater majoris, hic fidei. Verbis atque oratione Philippus, hic rebus moderatior. Parcendi vicius filio animus & promptior, & honestior; ille nec sociis abstinebat. Frugalitati pater, luxuriae filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis imperii fundamenta pater jecit, operis totius gloriam filius consummavit.

- Ante  
Christ.* Alexander proficiscens ad Persicum bellum, patrimonium omne suum, quod in Macedonia. Europaque habebat, amicis dividit, sibi Asiam sufficere præfatus. Post hæc Gordium urbem petit, quæ posita est inter Phrygiam majorem & minorem: cuius urbis potiundæ non tam propter prædam cupidio eum cepit, sed quod audierat in ea urbe, in templo Jovis, jugum plaustrum Gordii positum, cuius nexus si quis solvisset, eum tota Asia regnaturum, antiqua oracula cecinisse. Igitur capta urbe, cum in templum Jovis venisset, jugum plaustrum requisivit: quo exhibito, cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo usus, gladio loramenta cædit: atque ita resolutis nexibus, latentia in nodis capita invenit.
- 324 Itaque cum nullo hostium unquam congreßus est, quem non vicerit; nullam urbem obsedit, quam non expugnaverit; nullam gentem adiit, quam non calcaverit. Victor denique ad postremum est, non virtute hostili, sed insidiis suorum, & fraude civili.
- Templum Apollinis Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe undique impendente: ibi civitatem frequentia hominum fecit, qui ad affirmationem majestatis undique concurrentes, in eo falso confedere. Atque ita templum & civitatem non muri, sed præcipitia, nec manu facta, sed naturalia præsidia defendunt: propositus ut incertum sit, utrum munimentum loci, an majestas dei, plus hic admirans.

*Ante Christ.* mirationis habeat. Media faxi rupes in formam theatri recessit. Quamobrem & hominum clamor, & si quando accedit tubarum sonus, personantibus & respondentibus inter se rupibus, multiplex audiri, ampliorque, quam editur, resonare solet. Quæ res maiorem majeftatis terrorem ignaris rei, & admirationem stupentibus plerumque affert. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine planities exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus spiritus, vi quadam, velut vento, in sublime expulsus, mentes vatum in ve- cordiam vertit; impletasque deo, responfa consulentibus dare cogit. Multa igitur ibi & opulenta regum populorumque visuntur munera: quæque magnificentia sui, reddentium vota gratam voluntatem, & deorum responsa manifestant.

183 Inter Messenios & Achæos de principatu primo dissensio, mox bellum ortum est. In eo nobilis Achæorum imperator Philopoemen capit: non quia pugnando vita pepercit, sed dura suos in prælium revocat, in transitu fossæ equo præcipitatus, a multitudine hostium oppresus est. Quem jacentem Messenii, seu metu virtutis, seu verecundia dignitatis, interficere ausi non fuerunt. Itaque volut in illo omne bellum confecissent, captivum per universam civitatem, in madum triumphi circumduxerunt, effuso obviam populo, ac si saus, non hostium, imperator adventaret. Nec vidorem Achæi

*Ante  
Christ.* Achaei avidius vidissent, quam vietum hostes viderunt. Igitur eundem in theatrum duci iusserunt, ut omnes contuerentur, quem potuisse capi incredibile singulis videbatur. Inde in carcerem ducto, verecundia magnitudinis ejus, venenum dederunt quod ille latet, ac si vicisset, accepit; quæsito prius, an Licortas prefectus Achæorum, quem secundum a se esse scientia rei militaris sciebat, incolus effugisset? Quem ut accepit evasisse, non in totum, dicens, consultum male Achæis, exspiravit. Nec multo post reparato bello, Messenii vincuntur, pœnasque imperfecti Philopœmenis pependerunt.

182 Inter Prusiam regem, ad quem Annibal poti pacem, Antiocho a Rōmanis datum, profugerat, & Eumenem bellum ortum est, quod Prusias, Annibalis fiduciarupto federe, prior intulit. Namque Annibal, cum ab Antiocho Rōmani, inter ceteras conditiones pacis, deditcionem ejus depoferent, admonitus a rege, in fugam versus, Cretam desertur. Ibi cum diu quietam vitam egisset, invidiosumque se propter nimias opes videret, amphoras plumbob repletas in templo Diana, quasi fortunæ suæ præsidia, deponit: atque ideo nihil de illo sollicita civitate, quoniam velut pignus opes ejus tenebat, ad Prusiam contendit auro suo in statuis, quas secum portabat, insulo, ne conspectæ opes vita nocerent.

*Ante  
Christ.*

140

Dein cum Prusias terrestri bello ab Eu-  
mene victus esset, & prælum in mare  
transtulisset, Annibal novo commento  
auctor victoriæ fuit. Quippe omne ser-  
pentium genus in fœtiles lagenas conjici  
jussit, medioque prælio in naves hostium  
mitti. Id primum Ponticis ridiculum vi-  
sum, fidilibus dimicare, qui ferro ne-  
queant. Sed ubi serpentibus repleri na-  
ves coepere, ancipiti periculo circumven-  
ti, hosti victoriam cessere. Quæ ubi Ro-  
mam munitiata sunt, missi a senatu legati  
sunt, qui utrumque regem in pacem co-  
gerent, Annibalemque deposcerent. Sed  
Annibal re cognita sumto veneno, lega-  
tionem morte prævenit.

158

Insignis hic annus trium toto orbe ma-  
ximorum imperatorum mortibus fuit, An-  
nibalis, & Philopœmenis, & Scipionis  
Africani. Ex quibus constat, Annibalem,  
nec tum, cum Romano tonantem bello  
Italia contremuit, nec, cum reversus  
Carthaginem summum imperium tenuit;  
aut cubantem coenasse, aut plus quam  
sextario vini induluisse; pudicitiamque eum  
tantam inter tot captivas habuisse, ut in  
Africa natum quivis negaret. Moderationis  
certe ejus fuit, ut, cum diversarum  
gentium exercitus rexerit, neque insidiis  
fuerum militum sit petitus unquam, neque  
fraude proditus; cum utrumque hostes  
sapienter tentassent.

*Ante  
Christ.*

## EX LIBRO TRIGESIMO SEXTO.

Cap. II. Judeis origo Damascena, Syriae nobilissima civitas: unde & Assyriis regibus genus, ex regina Semirami, fuit. Nomen urbi a Damasco rege inditum: in cuius honorem Syrii sepulcrum Arathis, uxoris ejus, pro templo coluere, deamque exinde sanctissimae religionis habent. Post Damascum Azelus, mox Adores, & Abraham, & Israhelem reges fuere. Sed Israhelem felix decem filiorum proventus majoribus suis clariorem fecit. Itaque populum, in decem regna divisum filius tradidit, omnesque ex nomine Jude, qui post divisionem decesserat, Judaeos appellavit: colique ejus memoriam ab omnibus jussit, cuius portio omnibus accesserat. Minimus autem inter fratres Joseph fuit; cuius excellens ingenium veriti fratres, clam interceptum, peregrinis mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus in Aegyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio conceperisset, brevi ipsi rogi percarus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit; nihilque divini juris humanique ei incognitum videbatur: adeo, ut etiam stetilitatem agrorum ante multos annos providerit: perifletque omnis Aegyptus fame, nisi monitu ejus rex edicto servari per multos annos fruges iussisset: tantaque experimenta ejus fuerunt, ut non ab homine, sed a deo, responsa dari viderentur.

1729

Fi,

TO.  
yriæ  
egiæ  
No-  
cu-  
his,  
am-  
ent.  
&  
Sed  
atus  
que  
filiis  
dæ,  
eos  
ab  
ac-  
Jo-  
eri-  
nis  
de-  
ibi  
psi  
um  
us  
ini  
r;  
ate  
n-  
ex  
if-  
t,  
sa

*Ante  
Christ.*

Filius ejus Moses fuit, quem præter paternæ scientiae hereditatem, etiam formæ pulcritudo commendabat. Sed Aegyptii, cum scabiem & vitiliginem patarentur, responso moniti, eum cum ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pellunt (1). Dux igitur exsulum factus, sacra Aegyptiorum furto abstulit: quæ repetentes armis Aegyptii, domum redire tempestibus compulsi sunt. Itaque Moses, Damascena antiqua patria repetita, montem Synæ occupat: quo septem dierum jejunio, per deserta Arabiae, cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset septimum diem, more gentis, Sabbatum appellatum, in omne ævum jejunio sacravit; quoniam illa dies famem illis erroremque finierat. Et quoniam metu contagionis pulsos se ab Aegypto eminerant, ne eadem causa invisi apud incolas forent, caverunt, ne cum peregrinis communicarent. Quod ex causa factum, paulatim in disciplinam religionemque convertit. Post Moen etiam filius ejus Aruas, sacerdos sacris Aegyptiis, mox rex, creatur: semperque ekinde hic mos apud Iudeos fuit, ut eosdem reges & sacerdotes haberent: quorum justitia, religione permixta, incredibile quantum coaluere. Opes genti ex vestigalibus opobalsami crevere, quod in his tantum regionibus

gi-

---

(1) Ne hic monere discipulos suos negligat fidelis magister, ea, quæ hic narrantur, figura mentis ethnorum esse permixta.

- Ante* gignitur. *Est* namque vallis, quæ continuis montibus, velut muro quodam, ad instar castrorum clauditur. Spatium loci ducenta jugera, nomine Hierichus dicitur. In ea valle silva est, & ubertate & amoenitate insignis: siquidem palmeto & opobalsameto distinguitur. Arbores opobalsami formam similem piceis arboribus habent, nisi quod sunt humiles magis, & in vinearum morem excoluntur. Haec certo anni tempore balsamum sudant. Sed non minor loci ejus apricitatis, quam ubertatis admiratio est: quippe, cum toto orbe regionis ejus ardentissimus sol sit, ibi tepidi aëris naturalis quædam ac perpetua apricitas ineat.
- In ea regione lacus est Asphaltites, qui propter magnitudinem & aquæ immobilitatem, mortuum mare dicitur. Nam neque ventis movetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur; neque navigationis patiens est, quoniam omnia, vita carentia, in profundum merguntur: nec materiam ullam sustinet, nisi quæ alumine illinatur.
- 331 Primum Xerxes, rex Persarum, Iudeos domuit; postea cum ipsis Persis in ditio-
- 332 nem Alexandri Magni venere, diuque in potestate Macedonici imperii subiecti Syria regno fuere. A Demetrio cum deficivissent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus.
- 333 Mithridates tunc repentina morte intercep-  
tus, filium, qui & ipse Mithridates di-  
eius

*Ante  
Chrif.* **66** *E*tus est, reliquit. Cujus ea postea magnitudo fuit, ut non sui tantum temporis, verum etiam superioris aetatis, omnes reges maiestate superaverit, bellaque cum Romanis per sex & quadraginta annos varia victoria gesserit: cum eum summi imperatores, Sulla, Lucullus, ceterique, in summa Cnaeus Pompejus, ita vicerint, ut major clariorque in restaurando bello resurgeret, damnisque suis terribilior redderetur. Denique ad postremum non vi hostili sed voluntaria morte, in avito regno, senex, herede filio, decessit. Puer tutorum insidias passus est, qui eum fero equo impositum, equitare joculari que cogebant: qui connatus cum eos fefellerint, supra aetatem regente equum Mithridate, veneno eum appetivere. Quod metuens, antidota sappius bibit, & ita se adversus insidias exquisitoribus remediis stagnavit, ut ne volens quidem, senex veneno mori potuerit. Timens deinde, ne inimici, quod veneno non potuerant, ferro peragerent, venandi studium finxit: quo per septem annos, neque urbis, neque ruris tecto usus est: sed per silvas vagatus diversis montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus, quibus esset locis; afflatus feras cursu aut fugare, aut perseQUI, cum quibusdam etiam viribus congregari. Quibus rebus & insidias vitavit, & corpus ad omnem patientiam duravit. Ad regni deinde administrationem cum accessisset, statim non de regendo, sed de augendo regno cogitavit. Itaque Scythas,

*Ante Christ.* thas invictos antea, qui Sopryiona, Ale-  
 xandri Magni ducem, cum triginta mil-  
 libus armorum deleverant; qui Cyrum, Per-  
 sarum regem, cum ducentis milibus  
 trucidaverant; qui Philippum, Macedo-  
 num regem, fugaverant, ingenti felicita-  
 te perdomuit. Aulus igitur viribus,  
 Pontum quoque, ac deinceps Cappado-  
 ciam occupavit. Cum de Asia tractaret,  
 tacitus cum quibusdam amicis regno pro-  
 fectus, universam, nemine sciente per-  
 vagatus est, omniumque urbium situm ac  
 regiones cognovit. Inde Bithyniam tran-  
 scendit, & quasi dominus Asie, oppor-  
 tuna quaque victoria sua metatus est.  
 Hieme deinde appetente, non in convivio,  
 sed in campo, non in vacationibus, sed  
 in exercitationibus: nec inter sodales,  
 sed inter aequales, aut equo, aut cursu,  
 aut viribus contendebat. Exercitum quo-  
 que suum ad parem laboris patientiam  
 quotidiana exercitatione durabat: atque  
 ita invictus ipse, inexpugnabilem exer-  
 citum fecerat. Initia deinde cum Nicome-  
 de societate, Paphlagoniam invadit, vi-  
 etamque cum socio dividit. Quam cum  
 teneri a regibus senatui nuntiatum esset,  
 legatos ad utrumque misit, qui gentem  
 restitui in pristinum statum juberent. Mi-  
 thridates cum se jam parem magnitudini  
 Romanorum crederet, superbo responso  
 hereditarium patri suo regnum obvenisse,  
 respondit; mirarique se, quod quae ei re-  
 lata controversia non fuerit, sibi refera-  
 tur. Nec territus minis, Galatiam quo-  
 que

Ante  
Christ.

82

55

39

que occupat. Sic ludibrio habiti legati, Roman revertuntur. (Postremo, filii insidiis oppressus, ferro spiritum expulit). Parthi, penes quos, velut divisione orbis cum Romanis facta, nunc Orientis imperium est, Scytharum exsules fuere. Hi & Assyriorum & Medorum temporibus, inter Orientis populos obscurissimi fuere. Postea quoque cum imperium Orientis a Medis ad Persas translatum est, veluti vulgus sine nomine, præda victorum fuisse. Postremo Macedonibus, triumphato Oriente, servierunt: ut cuivis mirum videatur, ad tantam eos felicitatem proverbos, ut imperent gentibus, sub quarum imperio, veluti servile vulgus fuisse. A Romanis quoque, trini bellis, per maximos duces, florentissimis temporibus, lacesitti, soli ex omnibus gentibus non pares solum, verum etiam viatores fuisse. Fines deinde, non intercedentibus primo finitimis, postea etiam prohibentibus, in tantum protulere, ut non immensa tantum ac profunda camporum, verum etiam prærupta collum, montiumque ardua, occupaverint. Ex quo fit, ut Parthiæ pleraque finium, aut æstus, aut frigoris magnitudo possideat; quippe cum montes nix, & campos æstus infestet.

Administratio gentis, post defectionem Macedonici imperii, sub regibus fuit. Proximus majestati regum populorum ordo est: ex hoc duces in bello, ex hoc reges in pace, habent. Sermo his inter

Scy.

*Ante  
Chriſt.* Scythicum Medicumque medius, & ex utrisque mixtus. Vestis olim sui moris posteaquam accedere opes, ut Medis perlucida ac fluida. Armorum patrius a Scythicus mos. Exercitum non ut alias gentes liberorum, sed majorem partem fervorum habent. Hos pari ac liberos suos cura habent: & equitare ac sagittare magna industria docent. Locupletissimus ut quisque eit, ita plures in bello equites regni suo præbet. Denique Antonio, bellum Parthis inferenti, cum quinquaginta millia equitum occurrerent, soli quadringenti liberi fuere. Cominus in acie præliari, aut obfetas expugnare urbes nesciunt. Pugnant autem pro curentibus equis, aut terga dantibus: læpe etiam fugam simulant, ut incautiores adversum vulnera insequentes habeant. Signum his in prælio non tuba, sed tympano datur. Nec pugnare diu possunt: ceterum intollerandi forent, si quantus his impetus est, vis tanta & perseverantia effet. Plerunque in ipso ardore certaminis prælia deserunt, ac paulo post pugnam ex fuga repetunt, ut, cum maxime vicisse te putas, tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentum ipsis equisque loricæ plumatæ sunt, quæ utrumque toto corpore tegunt. Auri argenteique nullus nisi in armis usus. Carne non nisi venatibus quaesita vescuntur. Equis omni tempore vextantur; illis bella, illis coavvia, illis publica ac privata officia obeant: supra illos ire, compelle-

& ex  
moris  
s per-  
us ad  
t alia  
artem  
bros  
ittare  
ssimus  
equi-  
onio,  
nqua-  
foli  
n acie  
urbes  
ntibus  
etiam  
ersum  
n his  
latur.  
into-  
s est,  
erum-  
a de-  
fuga  
e pu-  
fit.  
plu-  
rpore  
si in  
  
scun-  
illis  
pri-  
con-  
te-

*Ante  
Christ.*

472

1353

sistere, mercari, colloqui. Hoc denique discrimen inter servos liberosque est, quod servi pedibus, liberi non nisi equis, incedunt. Sepultura vulgo, aut avium, aut canum laniatus est. Nuda demum osia terra obrunt. In superstitionibus atque cura deorum præcipua omnibus veneratio est. Ingenia genti tumida, seditionosa, fraudulenta, procacia. Semper aut in externos, aut in domesticos motus inquieti: natura taciti: ad faciendum promptiores: proinde secunda adversaque silentio tegunt. Principibus metu, non pudore parent. In libidinem projecti, in cibum parci. Fides dictis promissisque nulla, nisi quatenus expedit.

Parthicis, Orientalibusque, ac totius propemodum orbis rebus explicitis, ad initia Romanæ urbis Trogus, velut post longam peregrinationem, domum revertitur: ingrati civis officium existimans, si, cum omnium gentium res gestas illustraverit, de sola patria taceat. Breviter igitur initia Romani imperii perstringit, ut nec modum propositi operis excedat, nec uique originem urbis, quæ est caput totitus orbis, silentio prætermittat. Italiae cultores primi Aborigines fuere: quorum rex Saturnus tantæ justitiæ fuisse traditur, ut neque servierit sub illo quisquam, neque quidquam privatæ rei haberet; sed omnia communia, & indivisa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium esset. Ob cuius exempli memoriam cautum est, ut **Saturnalibus**, ex-

*Pars I.*

*Q*

*equa-*

*Ante Christ.* æquato omnium jure, passim in conviviis servi cum dominis recumbant. Itaque Italia, regis nomine, Saturnia appellata est: & mons, in quo habitabat, Saturnius: in quo nunc, veluti a Jove pullo sedibus suis Saturno, Capitolium est.

1283 Post hunc tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Evander, ab Arcadiæ

1269 urbe Pallanteo, in Italiam cum medicori turba popularium venit: cui Faunus & agros & montem, quem ille postea Palatium appellavit, benigne assignavit. In hujus radicibus templum Lyceo, quem Græci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit: ipsum dei simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romæ Lupercalibus decurritur. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assidue divino spiritu impleta, velut per furorem, futura præmonebat. Unde adhuc, qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Ex filia Fauni, & Hercule, qui eodem tempore, extincto Geryone, armenda, victoria præmia, per Italiam ducebatur, Latinus procreatur.

1239 Quo tenente regnum, Aeneas ab Ilio, Troja a Græcis expugnata, in Italiam venit: statimque bello exceptus, cum in aciem exercitum eduxisset, ad colloquium vocatus, tantam admirationem sui Latino præbuit, ut & in societatem regni recipetur,

1207 & Lavinia in matrimonium ei data, gener adscisceretur. Post hac commune utrius bellum adversus Turnum, Rutulorum regem, propter fraudatas Laviniae

- Ante Christ.* viniæ nuptias, fuit: in quo & Turnus, & Latinus interierunt. Igitur cum Aeneas jure victoriae utroque populo potiretur, urbem ex nomine uxoris, Laviniū condidit. Bellum deinde adversus Mezentium, regem Etruscōrum, gessit: in quo cum ipse occidisset: in locum ejus Alcanius filius successit: qui, Lavinio relictō, longam Albam condidit, quæ trecentis annis caput regni fuit.
- 1197 1175 Post multos deinde urbis hujus reges, ad postremum Numitor & Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius cum astate priorem Numitorēm opprēssisset, filiam ejus Rham in perpetuam virginitatem, ne quis vindicta regni sexus virilis ex genere Numitoris oriretur, demersit: addita injuria specie honoris, ut non damnata, sed sacerdos electa videretur. Igitur clausa in luco Marti sacro, duos pueros enixa est. Quo cognito, Amulius, multiplicato metu proventu duorum, pueros exponi jubet, & pueram vinculis onerat, ex quorum injurya decessit.
- 770 Sed fortuna origini Romanæ prospiciens, pueros lupæ alendos obtulit, quæ, amissis catulis, distenta ubera exinanire cūpiens, nutricem se infantibus præbuit. Quum saepius ad parvulos, veluti ad catulos, reverteretur, rem Faustulus pastor animadvertisit, subtractosque feræ inter greges pecorum agresti vita nutritivit. Martios pueros fuisse, sive quod in luco Martis enixi sunt, sive quod a lupa, quæ in tutela Martis est, nutriti, velut manifes-

*Ante  
Chrīſt.* ſis argumentis creditum. Nomina pueris, alteri Remo, alteri Romulo, fuere. Ad ultis inter pastores, de virtute quotidiana certamina, & vires & perniciatem auxere. Igitur cum latrones a rapina pecorum industrie frequenterque fummoveant, Remus ab iisdem latronibus captus, veluti ipſe eſſet, quod in aliis prohibebat, regi offertur; criminis datur, quaſi greges Numitoris infestare ſolitus eſſet. Tunc a rege Numitori in ultionem traditur. Sed Numitor adolescentia juvenis permotus, & in ſuſpicionem expoſiti neptis adductus, cum eum nunc lineamentorum filiæ ſimilitudo, nunc ætas expoſitionis temporibus congruens, anxiū tenerent, repente Faſtulus cum Romulo ſupervenit, a quo cognita origine puerorum, facta conſpiratione, & adolescentes in ultionem maternæ necis, & Numitor in vindictam erepti regni armantur.

754 Occido Amilio regnum Numitori refituitur, & urbs Romana ab adolescentibus conditur. Tunc & Senatus centum ſeniorum, qui patres dicti ſunt, conſtituitur: tunc & vicinis, connubia paſtorum dediti gnantibus, virgines Sabinæ rapiuntur; finitimiſque populis armis ſubiectis, pri- mū Italiae, & mox Orbis imperium quæſitum. Per ea adhuc tempora reges haſtas pro diademate habebant, quas Græci ſceptra dixerunt. Nam & ab origine rerum, pro diis immortalibus, veteres haſtas coluere: ob cuius religio niſi memoriam, adhuc deorum ſimulacris haſtae adduntur.

Tem-

Ante  
Christ.

Temporibus Tarquinii regis, ex Asia Phocensium juventus, ostio Tiberis invenitam amicitiam cum Romanis junxit: inde in ultimos. Galliae sinus navibus profecta. Massiliam inter Ligures & feras gentes Gallorum condidit; magnisque res, sive dum armis se adversus Gallicam feritatem tuentur, sive dum ultro lacescant, a quibus fuerant ante lacescenti, gesserunt. Nemque Phocenses exiguitate ac macie terrae coacti, studiosius mare, quam terras, exercere, piscando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris, quod illis temporibus gloriae habebatur, vitam tolerabant. Itaque in ultimam Oceani oram procedere ausi, in sinum Gallicum ostio Rhodani amnis devenere. Cujus loci amoenitate capti, reversi domum, referentes, quae viderant, plures sollicitavere. Duces classis Simos & Protis fuere. Itaque regem Segobrigiorum, Nannum nomine, in cuius finibus urbem condere gestiebant, amicitiam petentes, conveniunt. Forte eo die rex occupatus in apparatu nuptiarum Gyptis filiae erat: quam more gentis, electo inter epulas genero, nuptum tradere illic parabat. Itaque, cum ad nuptias invitati omnes proci essent, rogantur etiam Græci hospites ad convivium. Introdūcta deinde virgo, cum juberetur a patre, aquam porrigit ei, quem virum eligeret; tunc omisis omnibus, ad Græcos conversa, aquam Proti porrigit: qui factus ex hospite gener, locum conditæ urbis a sacerdo accepit. Condita igitur

*Ante  
Christ.*

tur Massilia est prope ostia Rhodani annis, in remoto sinu, veluti in angulo maris. Sed Ligures incrementis urbis invidentes, Græcos assiduis bellis fatigabant. Qui pericula propulsando in tantum enituerunt, ut, victis hostibus, in captivis agris multas colonias constituerent. Ab his igitur Galli, & usum vita cultioris, deposita & mansuetata barbaria, & agrorum cultus, & urbes mœnibus cingere didicerunt. Tunc & legibus, non armis, vivere, tunc & vitam putare, tunc olivam ferere, consueverunt: adeoque magnus & hominibus & rebus impotitus est nitor, ut non Græcia in Galliam emigrasse, sed Gallia in Græciam translata videretur. Mortuo rege Nanno Segobrigorum, a quo locus acceptus condenda urbis fuerat, cum regno filius ejus Comanus successisset, affirmat Ligur quidam, quandoque Massiliam exitio nimis populis futuram, opprimendamque in ipso ortu, ne, mox validior, ipsum obrueret. Subnectit & illam fabulam: Canem aliquando partu gravidam, locum a pastore precario petiisse, in quo pareret: quo obtento, iterato petiisse: ut sibi educare eodem in loco catulos liceret: ad postremum adultis catulis, fultam domestico præsidio, proprietatem loci sibi vindicasse. Non aliter Massilienses, qui nunc inquilini videantur, quandoque dominos regionum futuros. His incitatus rex insidias Massiliensibus exstruit.

Ita-

Ante  
Christ.

Itaque solenni Floraliorum die, multos fortes ac strenuos viros hospitii juve in urbem misit: plures in sirpeis latentes, frondibusque supertectos induci vehiculis jubet; & ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit; ut, quum nocte a prædictis aperte portæ forent, tempestive ad infidias aderet, urbemque sommo ac vino sepultam armis invaderet. Sed has infidias mulier quædam, regis cognata, prodidit, quæ Græco adolescenti, miserata formæ ejus, infidias aperit, periculumque declinari jubet. Ille rem statim ad magistratus defert: atque ita patet factis infidis, cuncti Ligures comprehenduntur, latentesque de sirpeis protrahuntur. Quibus omnibus imperfectis, infidianti regi infidiae tenduntur. Cæsa sunt cum ipso rege hostium septem millia. Exinde Massilienses festis diebus portas claudere, vigilias agere, stationes in muris observare, peregrinos recognoscere, curas habere; ac, veluti bellum habeant, sic urbem pacis temporibus custodire. Adeo illic bene instituta, non temporum necessitate, sed recte faciendi consuetudine, servantur.

Post hæc magna illis cum Liguribus, magna cum Gallis, fuere bella: quæ res & urbis gloriam auxit, & virtutem Græcorum, multiplicata victoria, celebrem inter finitimos reddidit. Carthaginensium quoque exercitus, cum bellum captis pilicotorum navibus ortum esset, sape fuderunt, pacemque viciis dederunt:

*Ante  
Christ.*

cum Hispanis amicitiam junxerunt: cum Romanis prope ab initio conditæ urbis foedus summa fide custodierunt, auxiliisque in omnibus bellis industrie socios juverunt: quæ res illis & virium fiduciam auxit, & pacem ab hostibus præstítit. Cum igitur Massilia fama rerum gestarum & abundantia opum, & virium gloria virente floraret, repente finitimi populi ad nomen Massiliensium delendum, veluti ad commune extingendum incendium, concurrunt.

Dux consensu omnium Catumandus regulus eligitur: qui, cum magnø exercitu lectissimorum virorum urbem hostium ob sideret, per quietem specie torvæ mulieris, quæ se deam dicebat, exterritus, ul tro pacem cum Massiliensibus fecit; petitoque, ut intrare illi urbem, & deos eorum adorare liceret, cum in arcem Minervæ venisset, conspecto in porticibus simulacro dæ, quam per quietem vide rat, repente exclamat, illam esse, quæ se nocte exterruisset; illam, quæ recede re ab obsidione jussisset. Gratulatusque Massiliensibus, quod animadverteret, eos ad curam Deorum immortalium pertinere, torque aureo donata dea, in perpetuum amicitiam cum Massiliensibus junxit.

390 Parta pace, & securitate fundata, rever tentes a Delphis Massiliensium legati, quo missi munera Apollini tulerant, au dierunt urbem Romanam a Gallis captam incensamque. Quam rem, domi nuntia tam, publico funere Massilienses prole quuti

Ante  
Christ.

quuti sunt: aurumque & argentum publicum privatumque contulerunt, ad ex plendum pondus Gallis, a quibus redemtam pacem cognoverant. Ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus spectaculorum in senatu datus, & foedus æquo jure percussum.

In Hispania saltus Tartesiorum, in quibus Titanas bellum adversus deos gessisse proditur, incoluere Cunetes: quorum rex vetustissimus Gargoris mellis colligendi usum primus invenit. Huic cum ex filia nepos provenisset, variis generibus extingui parvulum voluit: sed per omnes casus fortuna quadam servatus, ad postremum ad regnum tot periculorum miseratione pervenit. Primum omnium, cum eum exponi jussisset, & post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inventus est vario ferarum lacte nutritus. Deinde relatum domum, tramite angusto, per quem armenta commeare consueverant, projici jubet: crudelis prorsus, qui proculcari nepotem, quam simplici morte interfici, maluit. Ibi quoque cum inviolatus esset, nec alimentis egeret, canibus primo jejunis & multorum dierum abstinentia cruciatis, mox etiam suibus objecit. Itaque cum non solum non noceretur, verum etiam quarumdam überibus aleretur, ad ultimum in Oceanum abjici jussit. Tum plane manifesto quodam nomine inter furentes æstus, ac reciprocan tes undas, velut nave, non fluctu, ve heretur, leni salo in littore exponitur:

*Ante  
Christ.*

nec multo post cerva assuit, quæ ubera parvulo offerret.

Inde denique conversatione nutricis, eximia puero pernici s fuit; interque cervorum greges, diu montes saltusque, haud inferior velocitate, peragravit. Ad postremum laqueo captus, regi dono datus est. Tunc & lineamentorum similitudine, & notis corporis, quæ inustæ parvulo fuerant, nepos agnitus. Admiratione deinde tot casuum periculorumque, ab eodem successor regni destinatur. Nomen illi impositum Habis: qui ut regnum accepit, tantæ magnitudinis fuit, ut non fratra deorum majestate tot periculis ereptus videretur: quippe barbarum populum legibus junxit; & boves primus aratro domari, frumentaque sulco quærere docuit; & ex agreiti cibo mitiora vesci, odio eorum, quæ ipse passus fuerat, homines co git.

Hujus casus fabulosi viderentur, nisi & Romanorum conditores lupa nutriti, & Cyrus, rex Persarum, cane alitus proderetur. Ab hoc & ministeria servilia populo interdicta, & plebs in septem urbes divisa. Mortuo Habide, regnum per multa secula a successoribus ejus retentum est. In alia parte Hispanie, & quæ ex insulis contsat, regnum pen s Geryonem fuit. In hac tanta pabuli latititia est, ut nisi abstinentia interpellata sagina fuerit, pecora rumpantur. Inde denique armenta Gervonis, quæ illis temporibus sole opes habebantur, tantæ famæ fue-

*Ante Christ.* re, ut Herculem ex Asia prædæ magnitudine illexerint. Porro Geryonem ipsum non triplicis naturæ, ut fabulis proditur, fuisse ferunt: sed tres fratres tantæ concordiaæ exstisſe, ut uno animo omnes regi viderentur: nec bellum Herculi sua sponte intulisse, sed cum armenta sua rapí vidissent, amissa bello repetiſſe.

Post regna deinde Hispania, primi. Carthaginenses imperium provinciæ occupare. Nam cum Gaditani a Tyro, unde & Carthaginensibus origo est, sacra Herculis, per quietem iuſi, in Hispaniam transtulissent, urbemque ibi condidissent, invidentibus incrementis nova urbis finitimis Hispaniæ populis, ac propter ea Gaditanos bello laceſſentibus, auxilium consanguineis Carthaginenses misere. Ibi felici expeditione & Gaditanos ab injuria vindicaverunt, & majorem partem provinciæ imperio suo adjecerunt.

237

Postea quoque, hortantibus primæ expeditionis auspiciis, Hamilcarem imperatorem cum magna manu ad occupandam provinciam misere; qui magnis rebus gestis, dum fortunam inconſtitutus ſequitur, in insidias deductus, occiditur. In hujus locum gener ipſius, Hasdrubal, mittitur; qui & ipſe a ſervo Hispani cujusdam, ulcifcente domini iuſtam necem, interficitur. Major utroque Annibal imperator, Hamilcaris filius, succedit. Si quidem utriusque res gestas supergressus, univerſam Hispaniam domuit: inde Romanis illato bello, Italianam per annos sex-

223

220

183

decim

*Ante Christ.* decim variis cladibus fatigavit: cum interea Romani, missis in Hispaniam Scipionibus, primo Poenos provincia expulerunt; postea cum ipsis Hispanis gravis bella gesserunt. Nec prius, perdomita provincia, jugum Hispani accipere potuerunt, quam Cæsar Augustus, perdonato orbe, vicitria ad eos arma transtulit; populumque barbarum ac ferum, legibus ad cultiorem vitæ usum traducendum, in formam provinciæ redegit.

19

*Ex Justino excerptorum Finis.*



EX



E X  
LUCIO FLORO  
EXCERPTA.

---

Ante  
Christ.  
753

754

**P**rimus urbis & imperii conditor Romulus fuit, Marte genitus, & Rhea Silvia. Erat in proximo lucus: hunc aylum facit: & statim mira vis hominum, Latini Tusciique pastores; quidam etiam transmarini, Phryges qui sub Aenea; Arcades, qui sub Evandro duce influxerant. Ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum: populumque Romanum ipse fecit. Res erat unius aetatis; populus virorum. Itaque matrimonia a finitimis petita: quia pon impetrabantur, manu capta sunt. Simulatis quippe ludis equestribus, virgines, que ad spectaculum venerant, praeda fuere: & statim causa bellorum.

Sue-

- Ante  
Christ.*
- 715
- 670
- 640
- 615
- Succedit Romulo Numa Pompilius. Ille sacra, & ceremonias, omnemque cultum Deorum immortalium docuit. Excipit Pompilium Numam Tullus Hostilius. Hic omnem-militarem disciplinam, artemque bellandi condidit. Itaque mirum in modum exercita juventute, provocare ausus Albanos, gravem & diu principem populum. Sed quum pari robore frequentibus praeliis utriusque comminuerentur missio in compendium bello, Horatiis Curiatiisque, tregeminis hinc atque inde fratribus, utriusque populi fata permissa sunt. Anceps, & pulcra contentio, exituque ipso mirabilis. Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occisis, qui supererat Horatius, addito ad virtutem dolo, ut ditrahheret hostem, simulat fugam; singulosque, prout sequi poterant, adortus, exsuperat. Sic, mirum! rarum alias decus, unius manu parta victoria est, quam ille mox parricidio foedavit. Flentem spolia circa se sponsi quidem, sed hostis, fororem viderat. Hunc tam immaturum virginis amorem ultus est ferro. Citavere leges nefas, sed abstulit virtus parricidam: & facinus intra gloriam fuit.
- Ancus deinde Marcius, nepos Pompilii, pari ingenio. Mœnia muro amplexus est, & inferfluentem urbi Tiberinum ponte commisit.
- Tarquinius postea Priscus, regnum accipit; duodecim Tusciae populos frequentibus armis subegit. Inde fasces, trabeæ,

cu-

- Ante  
Christ.* curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta; inde, quod aureo curru, quatuor equis triumphatur, togæ pœstæ, tunicæque palmatæ, omnia denique decora, & insignia, quibus imperii dignitas eminet
- 578 Servius Tullius deinceps gubernacula urbis invadit. Ab hoc populus Romanus regulatus in censum, digestus in classes, cuius atque collegiis distributus.
- 534 Postremus omnium fuit regum Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum. Hic regnum avitum, quod a Servio tenebatur, rapere maluit, quam expectare: immissoque in eum percussoribus, scelere partam potestatem non melius egit, quam acquisierat. Nec abhorrebat moribus uxor Tullia, quæ, ut virum regem salutaret, super cruentum Patrem, veta carpento, consternatos equos egit. Tam diu superbiam regis populus Romanus perpessus est, donec aberat libido. Hanc ex liberis ejus importunitatem tolerare non potuit. Quorum quum alter ornatissimæ feminæ Lucretiæ vim intulisset, matrona dedecus ferro expiavit. Imperium tum regibus abrogatum.
- 509 Igitur Bruto, Collatinoque ducibus & auctoribns populus Romanus regem repente destituit: imperium in eosdem libertatis suæ vindices transfert, & ex perpetuo annum placuit, ex singulare duplex: ne potestas solitudine, vel mora corrumperetur; consulesque appellavit pro regibus, ut consulere se civibus suis debere meminissent. Tantumque lib-

*Ante  
Christ.*

bertatis novæ gaudium incesserat, ut vix mutati status fidem caperent. Brutus quum studere revocandis in urbem regibus liberos suos comperisset, prostraxit in forum, concione media virgis cecidit, & securi percussit.

508

Pulsis ex urbe regibus, Porsenna rex Etruscorum ingentibus copiis Tarquinios manu reducebat, Tunc illa Romana prodigia atque miracula, Horatius, Mucius, Cloelia: qui nisi in Annalibus forent, hodie fabulæ viderentur. Quippe Horatius Cocles, postquam hostes undique instantes solus submovere non poterat, pente recuso, transnatat Tiberim, nec arma dimittit.

Mucius Scævola regem per insidias in castris ipsius aggreditur; sed ubi frustrato circa purpuratum ejus iactu tenetur, ardenteribus focis injicit manum, terroremque generat dolo. Ut scias, inquit, quem virum effugeris, idem trecenti juravimus. Quum interim (immane dictu!) hic interritus, ille trepidaret, tanquam manus regis arderet. Sic quidem viri. Sed ne quis sexus a laude cessaret, ecce virginum virtus. Una ex obsidibus regi data, elapsa custodiā, Cloelia, per patrium flumen equitabat. Et rex quidem tot tantisque virtutum territus monstros, valere, liberosque esse jussit.

Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corporum mole, perinde armis ingentibus, adeo omni genere terribilis fuit, ut plane nata ad ho-

*Ante  
Christ.*

391

hominum interitum, urbium stragem, videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum oris, & cingente omnia Oceano, ingenti agmine profecti, positis inter Alpes & Padum sedibus, per Italiam vagabantur, Romamque venientibus, ad Alliam flumen cum exercitu Fabius consul occurrit. Fuso exercitu jam moenibus urbis appropinquabant. Tum majores natu, amplissimis usi honoribus, Diis se Manibus consecrant, & amplissimo cultu, in curulibus sellis sese posuerunt, ut, quem venisset hostis, in sua dignitate morerentur. Pontifices, & Flamines, quidquid religiosissimi in templis erat, partim recondunt, partim secum avehant. Virgines simul ex sacerdotio Vestae, nudo pede, fugientia sacra comitantur. Tamen excepsisse fugientes unus e plebe fertur Lucius Albinus, qui depositis uxore & liberis, virgines in plaustrum recepit.

390

Aderant interim Galli, apertamque urbem invadunt; ubi sedentes in curulibus sellis praetextatos senes, nihil respondere dignantes, pari vecordia mactant, facesque tectis injiciunt, & totam urbem igne, ferro, manibus, solo exequant. Sex mensibus barbari (quis crederet!) circa montem unum pependerunt; quos tandem Manlius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, a summa rupe dejecit; & ut spem hostibus demeret, quamquam in summa fame, tamen ad speciem fiduciae, panes ab arce jaculatus est. No-

*Pars I.*

R

vissie

*Ante* viissime quum jam obsidio sua barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum suum venditantes, idque ipsum per insolentiam, quum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, superbe, vae viciis! increparerent, subito aggressus a tergo Camillus adeo cecidit, ut omnia incendorum vestigia, Gallici sanguinis inundatione dereret. Apud Anienem, singulari certamine, Manlius aureum torquem barbaro inter spolia detraxit: inde Torquati. Iterum in simili pugna Lucius Valerius insidente galeæ, sacra alite adjutus, retulit spolia: & inde Corvini.

361 Populus Romanus Samnites per Fabios, Papiros patres, eorumque liberos subegit. Maxime tamen nota & illustris ex hac gente clades apud Caudinas Furculas, Veterio Postumioque consulibus, accepta est. Nec tantum armis, sed consiliis quoque, cum rege Pyrrho dimicatum est. Quippe post primam victoriam rex callidus, intellecta virtute Romana, statim desperavit armis: seque ad dolos contulit. Nam interemptos cremavit: captivosque indulgenter habuit, & sine pretio restituit. Qui nam illi fuerunt viri, quos ab elephantis primo prælio obtritos accepimus? omnium vulnera in pectore; quidam hostibus suis immortui; omnium in manibus enses, & relictæ in vultibus minæ, & in ipsa morte ira vivebat. Quod adeo Pyrrhus miratus est, ut diceret: O quam facile erat orbis imperium occupare, aut mihi, Romanis militibus, aut me rege, Ro-

272

349

274

280

ma-

- Ante  
Christ.* manis. Quis autem ille senatus fuit? cum pulsi ab Urbe legati, interroganti regi suo, quid de hostium sedē sentirent: Urbem templum sibi visam: senatum, regum confessum esse, confiterentur. Qui porro ipsi duces, vel in castris? quum, medicum venale regis Pyrrhi caput offerentem, Curius remisit: Fabricius oblatam sibi a rege imperii partem repudiavit. Vel in pace? quum Curius fictilia sua Samnitico præferret auro!
- 414 Inerat, quædam adhuc ex pastoribus feritas, & quiddam spirabat indomitum. Inde est, quod exercitus Postumium imperatorem, facta in castris seditione, lapidavit: inde, quod clarissimos principes, quum adversarentur voluntati suæ, exsultatione multavit: Coriolanum ferociter armis injuriam vindicantem, mater Veturia lacrimis suis exarmavit. Cum in facrum montem plebs armata secessit, Menenii Agrippæ, facundi & sapientis viri, auctoritate revocata est. Extat orationis antiquæ satis efficax ad concordiam fabula, qua dissidisse inter se quondam humanos dixit artus, quod omnibus opere fungentibus, solus venter immunis ageret: deinde moribundos a fejunctione rediisse in gratiam, quando sensissent, quod ejus opera, redactis in sanguinem cibis, irrigarentur. Appius eo insolentiæ elatus est, ut ingenuam virginem probro destinaret, Itaque quum oppræssam judicio filiam, trahi in servitutem videret Virginius pater, nihil cunctatus, in medio fo-
- 488 261

*Ante  
Christ.*

367

256

241

219

ro manu sua interfecit. Fabius Ambustus duarum pater, alteram Sulpicio partricii sanguinis dederat, alteram plebejo Stoloni. Hæc quodam tempore, quod lictoriae virgæ sonum, ignotum penatibus suis, expaverat, a forore satis insolenter irrisa, injuriam non tulit. Itaque nactus tribunatum Stolo, honorum & magistratum confortium, quamvis invito senatu, extorsit, Marco Attilio Regulo duce in Africam navigabat bellum. Sed omnium viator Regulus, Carthaginem urgebat, ipsisque portis inhærebat. Converis ad externa auxilia hostibus, quem Xantippum illis ducem Lacedæmon mississet, a viro militia peritissimo vicimur. Tum foeda clades, Romanisque usu incognita. Vivus manus hostium venit fortissimus Imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit: nam nec Punico carcere infractus est, nec legatione suscepta. Quippe diversa, quam hostes mandaverant, censuit; ne pax fieret, ne commutatio captivorum reciperetur. Sed nec illo voluntario ad hostes suos reditu, nec ultimo five carceris, five crucis supplicio deformata majestas. Post primum Punicum bellum urebat nobilem populum Romanis dare tributa, quæ jubere consueverat. In ultionem puer Annibal ad aram patri juraverat: nec morabatur. Igitur in causam belli Saguntus delecta est. Summa foederum Romanis religio est: Itaque ad auditum sociæ civitatis obsidium, memores ieti cum

*Ante  
Christ.*  
201

cum Poenis quoque federis , non statim ad arma procurruunt , dum prius more legitimo queri malunt. Interim jam novem mensibus fessi fame , machinis , ferro , & igne : versa denique in rabiem fide , immanem in foro excitant rogum : tum de super se suosque , cum omnibus opibus suis , ferro & igni corrumpunt. Hujus tantæ cladis auctor Annibal poscitur. Tergiversantibus Poenis , dux legationis : Quæ , inquit , mora est Fabius ? in hoc ego sinu bellum pacemque porto ; utrum eligitis ? Succlamantibus , Bellum. Bellum igitur , inquit , accipite : & excusso in media curia togæ gremio , non sine horrore , quasi plane sinu ferret bellum , effudit. Similis exitus belli initio fuit. Nam illa gravis Punici belli vis atque tempestas medias perfregit Alpes , & in Italiam , ab iis fabulose altitudinis nivibus velut cœlo missa , descendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum , & Ticinum , valido statim fragore , detonuit. Ticino Trebia succedit. Hic secunda belli Punici procella deserviit , Sempronio consule. Trasimenus lacus tertium fulmen Annibalis , imperatore Flaminio. Quartum ; id est , pâne ultimum vulnus imperii Cannæ , ignobilis Apuliae vicus : sed magnitudine cladis emersit. Ibi Romani duo maximi exercitus cæsi ad hostium satietatem , donec Annibal diceret militi suo : *Parce ferro.* Modii duo annularum Carthaginem missi , dignitasque equestris taxata mensura.

Ante Christ. Missus cum exercitu Scipio Hispaniam totam recuperavit. Certum est, ad profligandam provinciam maxime profecisse singularem ducis sanctitatem: quippe qui captivos pueros, puellafque præcipue pulchritudinis, barbaris restituerit. Hæc inter populus Romanus Italiae visceribus inhærentem sumovere non poterat Annibalem. Asdrubal frater Annibalis cum exercitu novo, novis viribus, veniebat. Actum erat procul dubio, si vir ille se cum fratre junxisset: sed hunc castra metantem Claudius Nero cum Livio Salinatore debellat: & Annibal quum projectum fratris caput ad sua castra vidisset: Agnosco, inquit, infelicitatem Carthaginis. Jam etiam populus Romanus duce Scipione in ipsam Africam conversus, Poenum imitari coepit, & Italiae suæ clades in Africa vindicare. Sic factum est, ut inhærentem atque incubantem Italiae extorqueret (hostem.) Non fuit major dies, quam ille, quum duo omnium & antea, & postea ducum maximis, collatis cominus signis, direxere aciem. Steterunt dum mutua admiratione defixi. Sed tamen Annibal cessit, præmiumque victoriae Africa fuit. Post Carthaginem vinci neminem puduit. Sequuti sunt statim Africam gentes, Macedonia, Græcia, Syria, ceteraque omnia. Cimbri, Theutoni, atque Tigurini, ab extremis Galliae profugi, quum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto orbe, quarebant: exclusique Gallia &

*Ante  
Christ.*

109

Hispania, quum in Italiam demigrarent, misere legatos in castra Silani, inde ad Senatum; petentes, ut Martius populus aliquid sibi terra daret, quasi stipendum: ceterum, ut vellet, manibus atque armis suis uteretur. Repulsi igitur, quod nequiverant precibus, armis petere constituant. Sed nec primum quidem impetum barbarorum Silanus, nec secundum Manlius, nec tertium Cæpio sustinere potuerunt. Omnes fngati, exuti castris. Aënum erat, nisi Marius illi seculo contigisset. Ille quoque non ausus congregasti, militem tenuit in castris, donec invicta illa rabies & impetus, quem pro virtute barbari habent, consenseret. Recessere igitur increpantes, & (tanta erat capienda Urbis fiducia) consulentes, si quid ad uxores suas mandarent. Nec segnius, quam minati fuerant, tripartito agmine per alpes, id est, claustra Italæ, ferebantur.

102

Marius mira statim velocitate occupatis compendiis, prævenit hostem: prioresque Theutonos sub ipsis Alpium radicibus opprescit. Vallem, fluviumque medium holtes tenebant: nostris aquarum nulla copia. Et flagitante aquam exercitu: Viri, inquit, etsi; en illic habetis. Rex ipse Teutobochus quaternos, senosque equos transfilire solitus, vix unum, cum fugeret, ascendit, proximoque in saltu comprehensus, insigne spectaculum triumphi fuit: quippe vir proceritatis eximiae super tropæa ipsa eminebat. Sublati-

R 4

fun-

*Ante  
Christ.* funditus Theutonis in Cimbros convertitur. Hi jam (quis crederet?) per hiemem que altius Alpes levat, Tridentinis jugis in Italiam provoluti ruina, descenderant. Athesim flumen non ponte, nec navibus, sed quadam stoliditate barbarica, primum corporibus aggressi, postquam retinere amnem manibus & clipeis frustra tentaverant, ingesta obrutum silva, transiluerent: & si statim infesto agmine urbem pettiissent, grande discrimen esset: sed in Venetia, quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa soli cœlique clementia robur elanguit. Ad hoc panis usu, carnisque cocta, & dulcedine vini mitigatos, Marius in tempore aggressus est. Millia inde ad sexaginta ceciderunt, hinc trecentis minus. Ister quoque imperator addiderat virtuti dolum, sequutus Annibalem, artemque Cannarum. Nec minor cum uxoribus eorum pugna, quam cum ipsis fuit: quum objectis undique plaustris, atque carpentis, altæ desuper, quasi e turribus, lanceis contisque pugnarent. Quum missa ad Marium legatione, libertatem non impetrassent, suffocatis, elisque passim infantibus suis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo e crinibus suis facto, ab arboribus jugisque plaustrorum penderunt. Bojorix rex in acie dimicans impigre nec inultus, occubuit. Tertia Tigurinorum manus, in diversa lapsi, fuga inglori evanuit. Asia Pompeji manibus subacta, reliqua, que restabant in Europa, fortuna in Cæsarem

201

61

Ante sarem translulit. Restabant autem immannissimi gentium Galli, atque Germani.  
58 Et quamvis toto orbe divisa, tamen qui vinceret, habuit Britannia. Primus Gallicæ motus ab Helvetiis cœpit: qui Rhodanum inter & Rhenum siti, non sufficientibus terris, venere sedem petitum, incensis incenibus suis. Hoc sacramentum fuit, ne redirent. Sed petito tempore ad deliberandum, quum inter moras Cæsar, Rhodani ponte rescisso, abstulisset fugam: statim bellicosissimam gentem, sic in sedes suas, quasi greges in stabula pastor, deduxit. Prima contra Germanos pugna, justissimis quidem ex causis. Hædiū enim de incursionibus eorum querebantur. Quæ Ariovisti superbia? Quum legati dicerent: veni ad Cæsarem: Quis est autem Cæsar? &, si vult, veniat, inquit: &, quid ad illum, quid agat nostra Germania? num ego me interpono Romanis? Itaque tantus gentis novæ terror in castris, ut testamenta passim etiam in principiis scriberentur. Sed illa immania corpora, quo erant majora, eo magis gladiis, ferroque patuerunt. Qui calor in præliando militum fuerit, nullo magis exprimi potest, quam quod elatis super caput scutis, quum se testudine barbarus tegeret, super ipsa Romani scuta salierunt; & inde in jugulos gladiis descendebant.

Cæsar ultro Mosulam navalı ponte transgreditur, ipsumque Rhenum, & Hercyniis hostem quærit in silvis; sed in saltus, &

*Ante  
Christ.*

55

